ita et canitur, et creditur: res ipsa quoque predictionis ejus fidem, quod vera maxime sit, et sibi ipsi consentiens, confirmat. Chosroes namque maximo impetu urbem adortus, atque omnia fera expertus, innumerabilibusque tentatis viis, tandem aggerem tantum excitavit, ut civitatis etiam mœnia superaret: aliasque infinitas præterea molitus artes et fraudes, cum probro tamen re infecta inde discessit. Quæ vero is contra urbem eam tentavit, pro eo atque potero, exponam. Lignorum multam vim et materiam aliam, quæcumque facile ignem concipit, milites suos, aliis rebus relictis omnibus, ad urbem aggerere jussit. Atque ubi dicto citius factum, materia circum constructa est, terram deinde ingessit, et adversam aciem contra urbem duxit: et celeriter propugnaculis in strue lignorum et aggere collocatis, eam oppugnavit. Usque adeo vero urbem altitudine operis superavit, ut ex munitionibus tela in defensores urbis conjicerentur. Itaque eum obsessi aggerem veluti montem aliquem urbi imminere viderent, et hostes ex locis superioribus pedibus quamprimum in urbem excursuri existimarentur, sole oriente ex adverso aggeri, qui agesta a Romanis appellatur, cuniculos agere instituerunt, et ignem subjicere, ut lignorum materia flamma consumpta agger pessum iret. Atque opus quidem confectum est; cæterum igne immisso, cœptum eos consilium sefellit, quod flamma excitum non haberet: **760** quam acrem concipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti consuevit, oportebat. Itaque ubi eos consilium prorsus destituit, in extremam dejecti desperationem, ad supernam anchoram, divinitus scilicet acceptam imaginem, confugerunt, quam nulla hominis manus fecerat, ipse vero Christus Deus Abgaro videre eum cupienti, facie in linteum impressa, miserat. Hanc ipsam imaginem ad cuniculum producerunt, et aqua conspersam contra pyram miserunt. Et subito divina virtute invisibili quodam modo eorum fidei, qui hoc faciebant, succurrente, facile admodum quod desperatum antea fuerat, est perfectum. Siquidem confestim ligna ignem conceperunt, et quam celerrime combusta inminente statim materiæ eundem ignem immiserunt, carpentem et consumentem omnia. Obsessi cives postquam fumum exsipientem ex aggeris mole viderunt, talia insuper sunt moliti. Vasculis siquidem quibuscumque fictilibus collectis, et sulphure, pice, aliisque rebus ex materia quæ facile flammam corripit, completis fundis ad cuniculi fossam conjecerunt. Quæ fumum emittentia, igne scilicet jactus impetu accenso, effecerunt, ut fumus qui ex aggere promanabat, prodire inde non existimaretur. Omnes enim fumum omnem ex ollis excitari autumabant. Triduo vero post, ubi ignis quæ in medio erant consumpsit, flammæ ejus terra reddidit: et qui in aggere constitierant Persæ pugnatore, tandem intelligere cœperunt, in quodnam discrimen pervenissent. Tum Chosroes, veluti adversus

virtutem divinam contrariis corporis eundem sibi esse existimaret, quæ urbem prætersluit, aquam, contra pyram ardentem, extinguere eam volens, immisit. At illa magis magisque accendebatur, aquarum vim omnem perinde atque sulphur, aut oleum, aut liquorem alium ad inflammandam materiam idoneum excipiens, in sublime eo usque ferebatur, donec agger omnis in agestam consistens, in cineres est redactus. Itaque Chosroes rebus ipsis ad desperationem abductus, tandem vim eam quæ urbem defenderet cognovit: et pudore percussus, in regnum suum rediit, poenitentia ductus, quod tantos frustra labores subiisset, **761** per quos ita manus contra Deum tollere voluisset. Atque equidem hæc sic habuere. Dicam vero nit, rem quæ referatur, ad memoriæ posteritatis

## CAPUT XVII.

*De cruce pretiosa, quam Justinianus Sergiopolim dedicavit. Et de miraculo ibi prope incredibili edito.*

Institit et huic jugum servitutis imponere contendens. Et postquam mœnia est aggressus, et urbem expugnare coactus: de salute dehinc urbis, ut ea servaretur, utrinque ab obsidentibus simul et obsessis, hinc inde verba sunt facta. Postremo inter utrosque convenit, ut sacris templorum donariis civitas redimeretur. Quibus et crux, quam Justinianus et Theodora eo miserant, est adnumerata. Et jam ab urbis ejus antistite, aliisque qui cum eo missi fuerant, ad Chosroem omnia deportata fuerant. Atque ille, num præterea in urbe quidquam reliquum esset, interrogavit. Affuit ibi quidam, verum dicere solitus, et Chosroæ, alia quædam pauca admodum in urbe a civibus occulte asservari renuntiavit. Ac auri quidem vel argenti reliqui nihil esse, sed alterius longe præstantioris et Deo dicatæ materiæ, in qua ossa Sergii martyris asservarentur, urnam sublongam ex argento fabricatam restare. Hoc ubi Chosroes audivit, illico exercitum omnem ad excidendam urbem ex castrorum munimentis eduxit. Confestim vero innumerabiles propugnatores supra urbem apparere, seque ad eandem defendendam parare, atque per muros ubique discurrere visi sunt. Porro ut hoc, qui ad oppugnandum missi fuerant, viderunt, e vestigio ad Chosroem reversi, cum defensorum civitatis multitudinem, tum timorem suum, qui eos exarmasset, stupefacti commemorarunt. Chosroes autem, ubi curiose omnia scrutatus, valde paucos vel immaturæ vel exoletæ ætatis homines in urbe esse, robustis omnibus et medio sublatis, conperit, rem eam sublimioris alicujus potestatis, et martyris præcipue esse suspicatus est. Ac timore correptus, Christianamque religionem magnopere admiratus, statim, obsidionem solvit, atque in ditionem suam reversus est. **762** Fama vero obtinet, Chosroem istum, paulo ante obitum, sacris nostris initiatum atque ad divinum lavacrum admissum esse. Scdenim et pestem eam quæ tum

Α σθενύειν ταύτην πειρώμενος· ἡ δ' ἐπὶ μᾶλλον ἀνῆπτετο τοῦς ὀλοκοῦς δεδεγμένη τοῦ ὕδατος, ὡς πέρ τι θεῖον ἢ ἔλαιον, ἦ τε ἄλλο τῶν ἐξίπτειν ὕλην ἐπιτηδείων· καὶ εἰς ὕψος ἀνέτρσχευ ἕως οὗ τὸ πᾶν τοῦ χῶματος· κατὰ τὴν ἀγέστην χωρῆσαν, αὐτὴν ἀπετέφρωτεν. Ἔργοις δ' οὖν ὁ Χοσρόης ἀπεγνωκῶς, καὶ τὴν ἐγκαίμενὴν τῇ πόλει δύναμιν ἐνοήσας, αἰσχύνῃς πλήρης ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη πάλιν πορευτὸς ἦκε, μεταμέλῳ χριώμενος, τῷ διακένῳ τῶν κόπων οἷς χεῖρας οὕτω θεῶ ἀνταίρειν βεβούλευτο. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Λέξω δὲ καὶ ὁ κατὰ τὴν Σεργιούπολιν ἄλλοτε Χοσρόῃ ἐγένετο· ὅτι γε καὶ τῶν μάλα ἀξιολόγων ἐστὶ τὸ ἔργον, καὶ μνημῆ προσήκει ἐσσεὶ διασώζεσθαι.

itidem, quod alibi Chosroæ apud Sergiopolim eventumspiternæ tradatur, admodum dignam.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ ὁρ' Ἰουστινιανὸς ἐν Σεργιουπόλει ἀνέθετο· καὶ περὶ τοῦ γεγονότος ἐκεῖσε πικραδῶξου θαύματος.*

Ἐφίσταται καὶ ταύτῃ ζυγὸν δουλείας ἐπιθεῖναι σπουδάζων. Ἐπεὶ γοῦν τῷ τείχει προσέβαλε, καὶ πολιορκεῖν ἐπειράτο, τὰ περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ὅπως σωθεῖν, πρὶ ἑκατέρωι τοῖς τε πολιορκουῖσι καὶ πολιορκουμένοις διελαλεῖτο. Τέλος συνέβαινον πρὸς ἀλλήλους, ὥστε τὰ θεῖα κειμήλια λύτρα ταύτῃ γενέσθαι· οἷς συγκατεῖλετο καὶ σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρου πεμφθεῖς. Ὡς δ' οὖν πρὸς τοῦ τῆς πόλεως ἱερέως καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πεμφθέντων ἐς Χοσρόην ἅπαντα διεσώζετο, καὶ ἄνευθεν θάνετο, εἰ μὴ καὶ ἕτερα ὑπελείφθη τῇ πόλει. Παρών δὲ τις τῶν ἀληθίζεσθαι εἰωθῶτων, Χοσρόῃ ἐπήγγελλε, καὶ ἕτερα εἶναι εὐαριθμητὰ λίαν πρὸς τῶν πολιτῶν ἐναποκρυβέντα, μηδὲν δὲ τι χρυσοῦ ἢ ἀργύρου ἀπολείφθησι· ἄλλης δὲ ὕλης προύργιατέρας θεῶ ἀνειμένης, ἐκ τοῦ μάρτυρος ὅσπερ Σεργίου περιφρουρούσης· εἶναι δ' ἐκείνην σορὸν ἐπιμήκη ἀργύρου πεποιημένην. Ὡς δὲ ταῦτ' ἔγνηκε Χοσρόης, εὐθύς τὸν ὄλον ἐπαφῆκε στρατὸν τὴν πόλιν πορθεῖν. Ἐξαπίνης δ' ἀσπίς μυρία ὑπερφανείσα τῆς πόλεως ὤπτο, ταύτης ὑπερμαχεῖν διεσκαυασμένη, πανταχοῦ τὸν περίβολον διαθέουσα. Ὡς δὲ ταῦθ' οἱ πεμφθέντες θεθίαντο, εὐθύς πρὸς Χοσρόην ὑπεστρεφον, τό τε πλῆθος τῶν ὑπερασπιζόντων τῆς πόλεως τεθηπότες, καὶ τὴν ἀφόπλυσιν διηγούμενοι. Ὡς δὲ περιεργαζόμενος ὁ Χοσρόης ἐγνώριζε κομιθεῖν βραχεῖς ἐναπομεῖναι τῇ πόλει ἐξώρους τε· καὶ αὐίρους, τῆς σφιγῶσης ἡλικίας ἐκποδῶν γενομένης, ἀνελάμβανεν ὑπερτέρας δυνάμειως εἶναι τὸ ἔργον, καὶ μᾶλλον τοῦ μάρτυρος. Δείσας δὲ καὶ τὴν Χριστιανῶν πίστιν ἐπὶ μέγα ἀγάμενος, εὐθύς τὴν πολιτορκίαν λύσας, πρὸς τὰ οἰκεῖα μετεχώρησεν ὄρια. Λόγος δ' ἔχει τοῦτονι Χοσρόην τέλει τοῦ βίου χρώμενον, μνηθῆναι τε τὰ ἡμέτερα, καὶ τὸ θεῖον ἡξίωσθαι λουτροῦ. Ναὶ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπιστηψάσης νίσου τηνικαῦτα ὡς ἐνὸν διηγῆσομαι, ἦτις δὴ καὶ τὸ σύμπαν ὡς εἶπεῖν τῆς οἰκουμένης ἐπενεμήθη· ὑπερ ἂν ποσ' ἦλθεν εἰς ἀκοήν, δεῦτερον καὶ πεντηκοντὸν ἔτος ἐπιστάσης τὴν γῆν.

grassata est, ita ut potero prosequar, quæ omnem (ut ita dicam) terrarum orbem depastâ est, quin-  
quaginta et duos annos, quod auditum nunquam est, in terris sæviens.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΙΙ.

A

## CAPUT XVIII.

Περὶ τοῦ γεγορότος τηρικαῦτα περιφανοῦς λοι-  
μοῦ · καὶ τῆς ἐπικυψάσης νόσου ἐπὶ ἑτη δύο  
τε καὶ πενήκοντα.

De sævissima ejus temporis pestilentia et conta-  
gione, quæ orbem quinquaginta et duos annos  
incessit.

Μετὰ γὰρ ἑτη δύο τῆς Ἀντιόχου Πέρσαις ἀλού-  
σης, πάθος λοιμῶδες ἐπέπιπτε, κατὰ τι μὲν τῷ ὀπὸ  
Θουκυδίδου εἰρημένῳ παραπλήσιον, διαλλάττον δὲ  
πολλῶ καὶ ἐπί τισιν · ὃ ἐξ Αἰθιοπίων μὲν τὴν ἀρχὴν  
ἔσχε, πᾶσαν δὲ σχεδὸν τὴν οἰκουμένην διέδραμε,  
βοδίζον ὡσπερ καὶ μεταβαίνον ἡρέμα, ὡς μηδένα  
τῶν τότε θνητῶν ἀπέρατον καταλείψαι. Καὶ τινες  
μὲν τῶν πόλειων ἐπὶ τόσον κατεσχέθησιν τῷ νοσή-  
ματι, ἕως οὗ κεναὶ τῶν οἰκητῶρων ἐγένοντο. Ἔστι  
δ' ἅ· ἐπιπολαίως ἀφάμενον, θάπτον μετήλθεν. Οὐ  
μὴν κατὰ τινα περίοδον ὠρισμένην ἐπέσκηπτε · καὶ  
ἐπισκῆψαν αὐθις, οὐχ ὁμοίως ἐπεχώρει, ἀλλ' ἔν τισι  
μὲν τῶν τόπων ἐν ἀρχαῖς τοῦ χειμῶνος εἰσιδόν, ἐπε-  
πόλευεν · ἐν ἄλλοις δὲ, ἤρηρ· ὄντος, καὶ ἐν τισι, θέ-  
ρους ἐνισταμένου · ἔστι δ' ὀπου καὶ μετοπώρου  
προϊόντος. Καὶ τισι μὲν πόλεισι μέρους ἦπτετο, τοῦ  
λοιποῦ δ' ἀπηλλάττετο, καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν νοσοῦσῃ πό-  
λει οἰκίας διαφθειρομένης παντάπασιν · ἔστι δ' οὐ  
μίαν ἢ δύο διαφθαρείσας τῶν οἰκιῶν, τὸ λείπον ἀθι-  
γὲς διαμείναν. Ἦσαν δ' οἱ ἐς τὸ ἀκριθὲς κατελιθ-  
φασαν, ὡς αἴπερ τῶν οἰκιῶν ἀπαθεῖς τὸ νῦν διαμε-  
μνήσασαν, ἐς τὸ ἐπιδὸν ἔκειναι μόναι τοῦ θεινοῦ  
μετεῖχον. Ὁ δὲ ξενίζον ἔκεινῳ ἦν ὄρᾶν, τοῦτ' ἦν,  
ὅτι περ εἴγε συνέβαιεν οἰκητοράς τινας τῶν πόλειων  
αἷς τὸ πάθος ἐπήλθεν ἐτέρωθι διατρέβειν, ἔκεινοι  
μόνοι τῷ πάθει ἠλάσσοντο, οἱ ἐκ τῶν πιθητῶν πό-  
λειων ταῖς ἀπαθεῖσιν ἦσαν συνδιατιώμενοι. Ἐπέσκη-  
πτε δὲ τὸ πάθος μάλιστα ταῖς περιόδοις τῶν κύκλων,  
ἅς ἐπινομήσεις καλοῦμεν. Πανωλεθρία δὲ σχεδὸν  
συνέβαιεν τοῖς ἀνθρώποις· ἐν τῷ δευτέρῳ ἔστι τῆς  
πεντεκαιδεκατηρίδος τοῦ κύκλου. Διαφύροις δὲ  
νοσήμασι τὸ πάθος συνεχροτεῖτο. Ἐνίοις μὲν γὰρ  
τῆς κεφαλῆς ἤρχετο, ὀφθαλμοῦς ὑφαίμοις, οἰδαῖνον  
ὄξ καὶ τὸ πρῶσῳπον καθίστων · ἔπειτα τῷ λοιμῶ  
ἐπισκῆπτων, τοῦ ζῆν ἀπήλλαττεν · ἄλλοις δὲ ῥύσις  
γαστροῦ ἐπαγίνετο, τισὶ δ' ἐπανίσταντο καὶ βουθῶνες,  
ἐξαισιόσι τε πυρροῖ καὶ διήμεροι καὶ τριήμεροι ἔθνη-  
σκον · ὡσπερ μηδὲν πεπονηόσι, φρονήσεως καὶ ὑγιείας  
ἐν τῷ καθεστῶτι μένοντες. Ἄλλοι δὲ καὶ παράφοροι  
γινόμενοι, τὸ ζῆν ἀπελέγοντο · ἀνέθρωσκον δὲ καὶ  
ἀθρακτες · καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὕαπτον ἐκκαλοντες  
ἐστράφον. Ἦσαν δὲ οἱ καὶ ἀπαξ καὶ δι· ἀλόντες  
καὶ διαθρόντες, ἔπειτα ὡσπερ ἐξ ὑπέρστροφῆς κρα-  
τηθέντες ἀπώλλυντο · αἱ δὲ μεταλήψεις διάφοροι,  
καὶ λόγον ἐκβαίνουσαι σύμπαντα. Οἷς μὲν γὰρ φθορὰ  
εἶπετο, μόνη συνοικία καὶ τῷ συνδιατιᾶσθαι · ἄλλοι  
ὄξ καὶ βόνης ἀφῆς ἐτέρωθον τὸν θάνατον. Ἦσαν οἱ  
καὶ μόνον εἰσω παροχύψαντες τῆς οἰκίας, ἄλλοι δὲ  
καὶ κατ' ἀγοράν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ διέδρασαν τὸν κίν-  
δυνον νοσοῦσῶν πόλειων ἀπαλλαγέντες, μεταδόντες  
τῆς νόσου τοῖς μὴ νοσήσασιν. Ἄλλοι δὲ καθάπαξ  
οὐδὲ τῷ πάθει ἐάλωσαν, καίπερ πολλοί· νοσοῦσι  
συνδιατιθόντες · καὶ οὐ νοσοῦντων μόνον, ἀλλὰ καὶ

Capta enim a Persis Antiochia, biennio post  
morbus pestilens obortus est, aliqua quidem ex  
parte ei quem Thucydides describit persimilis;  
aliquo vero modo multum ab eo dispar. Ortum  
cepit ex Æthiopia: universum vero prope pervasit  
orbem, veluti incedens, et sensim transiens, ita ut  
neminem fere ejus temporis hominem intactum  
præterierit. Quædam civitates adeo sunt a morbo  
eo occupatæ, ut vacuæ prorsus ab incolis fierent.  
Fuerunt quas levius carperet, et statim inde transiret.  
Nec ille certa quapiam periodo grassatus est:  
neque ubi grassari incorsus est, eundem cursum  
tenuit: verum quibusdam in locis in principio  
hiemis sævire cœpit, in aliis verno tempore, in  
nonnullis æstate prima, alicubi autumnis jam pro-  
gresso, in quibusdam oppidis partem aliquam  
attigit, a reliqua autem abstinuit. Et videre erat  
in civitatibus peste hac affectis domos prorsus  
omnes consumptas: in aliis unam atque alteram  
ad vastitatem redactam, reliquas vero intactas.  
Fuerunt homines qui certius deprehenderent, quæ  
ædes nunc immunes a lue ista fuissent, eas pro-  
ximo deinceps anno solas illam sensisse. Hæc vero  
in hoc malo novum esse visum est, quod si civis  
aliqui earum urbium quas pestis invasisset, alio  
migrassent, soli ipsi ea corriperebantur, qui ex  
infectis scilicet jam urbibus intactos versa-  
rentur. Porro malum hoc potissimum sæviit eis  
cyclorum periodis, quos epinemeses, hoc est, in-  
dictiones vocant. Internecione autem prope inter-  
iere homines secundo πεντεκαιδεκατηρίδος, **763**  
hoc est, ejus qui annos quindecim complectitur  
cycli anno. Et ex variis ægritudinibus morbus iste  
compositus fuit. In quibusdam enim a capite inci-  
piens, ocnlos sanguinolentos, et faciem tumentem  
efficiebat. Deinde gutturi incessens, vitam adime-  
bat. Quosdam ventris profluvium invadebat. In  
aliis bubones etiam exstabant, et acres accedebant  
febres. Moriebantur intra biduum et triduum,  
perinde atque nihil paterentur, ratione et sanitate  
in vigore suo permanentibus. Nonnulli vero men-  
tis impotes moriebantur. Item carbunculi exorti,  
homines celeriter inflammaverunt et exstinxerunt.  
Erant qui semel atque iterum malo eo capti et  
liberati, postea tanquam postliminio correpti peri-  
bant. Diversa etiam fuit contagio, rationem excedens  
omnem. Nonnulli enim morbum ex conversatione  
tantum et consuetudine agrorum contrahebant,  
alii solo contractu illorum, mortem sibi creabant.  
Erant qui cum in domum saltem prospexissent,  
inficiebantur: aliis id in foro contingebat. Nonnulli  
qui periculum evaserant, ex pestilentibus urbibus  
excedentes, contagionem morbi ad integras et

valentes transmittabant. Quidam vero peste (1) ea correpti prorsus non sunt, quamvis familiariter cum multis ægris vixissent : et non solum eos ipsos ægros, verum etiam ex peste ea defunctos homines contrectassent. Multi namque erant, qui magno studio ut morerentur agebant, propter liberorum aut totius familiæ interfectionem. Quam ob causam ægrotis immisti, cum morbo ipso quodammodo colliectabantur. Nihilo tamen magis, pro eo atque cupiebant, ex hac vita migrabant. Lues (2) ista, sicuti duxi, ad quinquagesimum secundum annum, pestilentias priores omnes longe post se relinquens, grassata est. Philostratus pestem sui temporis, quæ quindecim duravit annos, admiratur. Sed illam hæc multis modis superavit. Ego vero ad reliquum historiam revertor, reliquas Justiniani

πολλῶν ἐκ τῆς τοιαύτης τετελευτηκῶτων νόσου ἀφάμενοι. Πολλοὶ γὰρ ἦσαν καὶ σπουδῆν ποιούμενοι τὸ θανεῖν, διὰ τὴν τῶν παίδων ἢ οἰκίων συμβάσαν πανωλεθρίαν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς νοσοῦσιν ἐπιμιγνύμενοι, ὡσανεὶ ἀνταγωνιζόμενοι τῷ πάθει, ὅμως μάλιστα πρὸς τὴν σφετέρην βουλήν τὴν ἀπόθασιν ἤκιστα ἔσχον. Καὶ ἐπὶ πεντήκοντα καὶ δύο ἔτη τὸ πάθος ἐπενεμήθη, ὡς μοι λέλεκται· τὰ πρῶτην πάντα δεύτερα θέμενον. Θαυμάζει δὲ Φιλόστρατος τὸν κατ' ἐκείνον γεγονότα λοιμὸν, ὅτι περ πεντεκαίδεκα ἔτη ἐπεχωρίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῆς ἱστορίας ἐπάναμι, ὅσα λείποντα τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων ἀναπληρώσω.

Sed illam hæc multis modis superavit. Ego vero ad reliquum historiam revertor, reliquas Justiniani res commemoraturus.

## 764 CAPUT XIX.

Quæ Evagrius historicus de inexplebili pecuniarum cupiditate Justiniani scripserit.

Quæ autem de eo Evagrius narret, adjiciam ne ipse in tantum imperatorem invocatus esse videar. Sic enim ad verbum de eo ille loquitur : « Justinianus inexplebilis avaritiæ fuit, et alieni usque auro appetens, ut cives subditosque omnes auro venales habuerit : et magistratibus ipsis, vectigaliæque mancipibus, atque aliis insidias nulla de causa adversus homines struere solitis, vendidit. Quam plurimis autem, quibus amplæ essent divitiæ et possessiones, causa aliqua et prætextu, præter causam et prætextum omnem per colorem quempiam conficto, bonorum omnium multam dixit. Ac si qua mulier se assimulasset meretricium quæstum facere, et oculum alicui veneræ consuetudinis gratia adjicere, illico in leges committebatur. Atque ea ubi Justinianum ad societatem tam turpis lucri ascivisset, opes ejus qui per ejusmodi sycophantiam deceptus esset universas, ipse in domum suam congerebat. Pecuniæ vero prodigus etiam multis sacras aedes et templa ubique construxit, aliaque pietatis causa domos ad affectæ vel imperfectæ artatis, et cum variis morbis conflictantium virorum et mulierum curam, ædificavit ; ingentibus, unde ille foverentur, eis redditibus attributis. Alia quoque innumerabilia pietatis opera Deo placentia fecit : siquidem ea ex propriis auctoris, qui de suis ipse puris factis fructum ferat, facultatibus D procedant (1). » Hæc quidem Evagrius.

(1) Evagrius quoque hac peste se infectum fuisse scribit lib. iv, cap. 36.

(2) Ἐπινέμης, depastio. Iliad. vi. Πάντα κεν ἔσσα τε γαλᾶν ἐπινυμέει τε καὶ ἔρπει. Hoc est : *Omnia quæ terram depascunt, quæve pererrant*. Depastione, et grassationes hujusmodi pestilentie et morbi epidemici atque populares (Cyprianus mortalitatem vocat) sicuti eluviones exustionesque terrarum tempore certo accidere solent.

## B

## ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς φιλοχρηματίας καὶ ἀπληστίας Ἰουστινιανοῦ, ὅσα ὁ συγγραφεὺς Εὐάγριος ἱστορεῖ.

Οἷα δὲ περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Εὐάγριος, παραθήσομαι, ἵνα μὴ αὐτὸς ἐγὼ δόξω τοῦ τοσούτου κατατρέχειν δὴ βασιλέως· φησὶ γὰρ αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· « Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἀπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρῶν οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὡς καὶ τὸ ὑπῆκον ἅπαν χρυσοῦ πιπράσκειν. Τοῖς τε ἀρχαῖς ἐπιτροπεύουσι, τοῖς τε τοῦ; φόρους ἐκλέγουσι· καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας βράπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι· πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρτήσιμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων, προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχρώσας, τὰς οὐσίας ἀπάσας ἐζημίωσεν. Ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμιώσά τινος ὀφθαλμὸν τινὰ ἢ μίξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο. Καὶ τὴν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους, ἕλον τὴν πλοῦτον τοῦ συκοφαντηθέντος οἶκοι μετεσκευάσαστο· καὶ ἀφειδῆς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ πολλοὺς ἀγίους καὶ ἐκασταχοῦ νεῶς ἀναστήσαι, ἄλλους τε ἐναγείας οἴκους ἐς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε γυναικῶν ἐξώρων τε καὶ ἀώρων, καὶ τῶν ὑπὸ νοσημάτων ποικίλων ἐνοχλουμένων· συντάξει; τε μεγάλως ἀποκληρώσαι, ἔθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι· προᾶξαι τε μυστα εὐσεβῆ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα· εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῶν οἱ τοῦτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφοροῖεν. » Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐάγριος.

(3) Hoc, *Facite vobis amicos de Mammona inquitatis*, etc. (Luc. xvi) quidam male intelligendo rapiunt res alienas, et aliquidi pauperibus largiuntur, et putant se facere quod præceptum est. De justis laboribus facile elemosynas. Ex eo quod recte habetis, date. Noli velle elemosynas facere de furore et usuris, fidelibus dico. Eis quibus Christi erogamus dico. (Aug. serm. 55, De verb. Dom. in Evang. secundum Lucam).

## ΚΕΦΑΛ. Κ'.

A

## CAPUT XX.

*Ἐκφρασις τοῦ μεγάλου τεμένου τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου Σοφίας· ὅπερ Ἰουστινιανὸς Θεὸν διαφέροντως τιμῶν ἀνιδρύσατο.*

Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς πολλοὺς μὲν νεῶς ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀνέστησεν εἰς κάλλος ἐξησκημένους, μάλιστα δ' ἐν Κωνσταντινουπόλει περιφανεῖς ἔδομυστο εἰς κάλλος ἅμα καὶ μέγθος προΐντας. Ἐδείχματο δὲ, μέγα τι χρῆμα καὶ ἀπράβλητον μηδὲ πώποτε ἱστορηθὲν, τὸν μέγαν τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας νεῶν, μέγιστόν τε λίαν καὶ εὐπροεπέστατον, καὶ λόγου δύναμιν ὑπερβαίνοντα. Ἐγὼ δ' ὡς οἶόν τε περιάσσομαι τοῦτο ἐπιδραμεῖν καὶ διαγράψαι λόγῳ τὸ τέμενος.

*Deest hoc loco descriptio structuræ templi Sophiae Verbi Dei, Constantinopoli a Justiniano restaurati (1).*

Homines aliquando gregarii et leve vulgus Christianorum ecclesiam incendere ausi sunt. Sophiam Byzantii templum id, commodissime cognomen hoc Deo tribuentes, vocant. Permiserunt id hominibus nefariis, ut impietatem tantam patrarent, quod præviderit ad quantam pulchritudinem sanam id aliquando restitutum, perventurum esset. Itaque ecclesia exusta tota tum jacebat. Justinianus autem ita cum aliquando post expolivit, ut si antea quispiam cognovisset, et descriptionem ædificii nunc exstantis ostendisset, in votis habiturus quilibet fuerit, ut ecclesia prorsus disperiret, quo ea forma, in quam est in præsentia redacta, conspiceretur. Artifices namque imperator ex provinciis omnibus omnes evocavit, atque in primis Anthemium Trallianum architecturæ et artis mechanicæ, quæ ingenio et manu sit, non tantum inter eos qui sua ætate, sed etiam qui superioribus temporibus ædificiis accurate et commode extruendis præclari fuere, præterea vero eorum qui futuri erant, structurarum formas et effigies præscribendi peritissimum: et Isidorum Milesium, egregium fabrum. Spectaculum igitur ecclesia multo pulcherrimum facta est, conspicientibus quidem mirificum, audientibus vero incredibile prorsus. Nam altitudine cælum prope attingit: et veluti ab ædificiis aliis abducta, urbi reliquæ imminet atque incumbit, exornans quidem illam, quod scilicet illius sit: spectandam autem seipsam præbens quod illius cum sit, illamque supergrediatur, tantum eminet, ut ex ea perinde atque e specula urbs tota perlustretur. Ea autem latitudine atque longitudine quam rectissime est exornata, ut non immerito longa et lata dicatur. Tum autem incredibili pulchritudine est insignis. Moles quoque ipsa ornamento illi est, et magnitudinis conveniens et apta ratio et proportio, neque ad nimiam amplitudinem excedens, neque se ad villorem humilitatem demittens. Nam et solitis ædificiis grandior est, et immoderatis stru-

*Descriptio augusti templi Dei Verbi Sapientiar, quod Justinianus Deum sanctissime colens instauravit.*

Justinianus porro multa delubra passim in orbe terrarum pulcherrima excitavit: potissimum autem Constantinopoli præclarissima templa, præstanti forma et magnitudinæ construxit. In quibus ingens illa et incomparabilis, neque unquam antea visa basilica est, augustum Sapientiar 765 Verbi Dei templum maximum sane illud, atque decantissimum, et quod orationis vim omnem longe supergrediatur. Ejus structuram ex Procopio hoc loco inserere visum est: cuius verba hæc sunt.

eturis venustior atque decentior. Lumine vero et solis splendore mirifice abundat. Non extrinsecus locum eum sole illustrari, verum intus oriri lucem dicas. Tanta vis lucis in templum hoc diffunditur. Facies ejus, pars scilicet orientem solem respiciens, ubi mysteria et arcana Deo sacra sunt, ad hunc modum est exstructa. Ædificium quoddam dimidia ex parte rotundum et turbinatum, quod artis hujus periti hemicylindrum nominant, in sublimitatem immensam excurrit. Operis hujus altitudo, in quartam orbicularis figuræ partem evadit. Desuper structura alia lunata forma, ab ædificii artificibus ei imposita eminet, decenti quidem pulchritudine admiranda illa, sed quæ periculosa compositionis coagmentatione horrendum quiddam prorsus esse videatur. Videtur namque in rem præsentem venientibus, non satis firmo loco collocata, atque non sine discrimine in sublime sublata esse. Illa vero certa et stabilis maxime constat. In hujus templi parte utraque, columnæ in solo sunt, et apices earum ex ingentibus saxis constructi, riteque coagmentati. Quæ columnæ aliunde aliis artificiose inter se situ ipso 766 respondententes, in magnam sublimitatem pertingunt: scopulis eas, si cernas, præruptis compares. Quatuor in his arcus quadranguli forma exstant. Porro arcuum istorum duo, qui ad orientem et occidentem solem pertinent, in vacuum aerem pertinent. Reliqui autem duo ex inferiori paululum parte ædificii quoddam et quasdam columnas habent. Eisdem vero ex superiore quoque parte rotunda structura ad turbinatam formam vergens imminet, unde semper dies primum illucescens apparet. Et cum ædificatio ita divisa sit, commodi illud habet, quod affatim lucem templo sufficit. Hæc vero ipsa (ut opinor) fieri non potest, ut lingua balbutiens et parum vocalis exponat. Namque propter structuram infractam, non in terra consistere, sed cælitus catena aurea suspensa esse videntur. Et qui hæc contemplantur, quiddam potissimum præ aliis

(1) Edita est a nobis inter opera Procopii. Vide tom. LXXXVII Edit.

admirentur, dicere nequeunt. Verum cum animo omnia circumspererint, et supercilia super omnibus contraxerint, structuræ artem assequi non possunt : sed quod oculis perspicere eam non sit, consternati inde discedunt. Puro siquidem auro testudo summa tecta est, elegantiae fastum admiscens. Tum autem lapidum splendor cum auri fulgore concertans, excellit. Ex utraque parte porticus duæ sunt : utriusque culmen, tholus, et aurum, tectorium est. Harum altera quidem viris orantibus, altera autem mulieribus idem facientibus cessit : neque prorsus quidquam inter se variavit, aut differunt. Qais vero sublimiores loci in quo versantur mulieres stationes exponat? aut varias enumeret porticus et columnis frequentibus conspicuas aulæ, quibus templum hoc circumdatum est? quis columnarum et lapidum enumeret aptam et convenientem speciem, quibus sacra ædes exornata est? in pratum se quispiam floribus vernans incidisse existimet. Admiraretur namque merito, aliorum quidem colorem purpureum, aliorum vero viridantem, in quibusdam autem pnuiceum florere ; in nonnullis candidum fulgere videat. Insuper vero in quibusdam obstupescat, quos adversantibus inter se coloribus, in modum pictoris, natura ipsa varie cohonestavit. Porro templi ejus donaria omnia, quæ vel ad usum sacrorum parata, vel ex argento et lapillis magni pretii fabrefacta sunt, accuratius persequenti, eloqui omnino non est : quæ imperator duntaxat iste dedicavit. Ex una autem re tantum, conjectura, qui hæc legent, opes ecclesiasticas colligere potuerunt. Sanctius etenim templi hujus sacrarium, quod soli sacerdotes adeunt, quadragies mille argenti libras continet.

#### CAPUT XXI.

*De imperatoris ejusdem furore, potius quam amore, erga cyaneum seu caeruleum colorem.*

Atque hæc quidem præclara, atque præclarorum longe præclarissima, sunt Justiniani imperatoris (1) opera. Verum in eo, quod belluinam feritatem omnem excedit, sive errore, seu ingenii timiditate (dicere id enim nequeo) fuit : initium ex seditione ea quæ Νίκα, id est, *Vince*, dicta erat, initium duceus. Mirifice namque alteri populi factioni, Cyaneæ inquam, addictus fuisse visus est : adeo sane, ut non solum eos interdium in media urbe caedes adversariorum facientes, 767 legitima pœna facinoris exigenda non cohiberit, sed præmiis etiam prosecutus sit. Proinde homicidæ plures facti, et impunitas cædium aucta. Audebant illi et ad domos adversæ partis ingredi, et pretiosas depositasque civium res diripere, ita ut illi salutem suam auro redimere cogebantur. Si quis vero ex magistratibus non dico coercere, sed inhibere tantum facinora ejusmodi voluisset, de vita is periclitabatur. Quapropter quidam Orientis præfectus, quoniam nonnullos scelere tali res novas molien-

(1) Apud Suidam est Justinianum imperatorem litteras plane ignorasse, ἀναγρίδην, hoc est, alphabeti imperitum fuisse.

Ex arcubus, quos loros mechanici vocant, unus orienti soli obversus, nondumque perfectus, magnitudine sua bases columnarum præsit, quæ pondus tantum non ferentes, derepente quodammodo diruptæ, non ita multo post pessum ituræ videbantur. Et Anthemius atque Isidorus ea re perterriti, ad imperatorem eam retulerunt : neque quidquam ex arte spei reliqui habuerunt. Imperator autem divinitus edoctus, statim eis arcum absolutum iri pollicitus est. Ipse etenim, inquit, in seipso asurgens, inferioribus columnarum basibus non egebit. Ita arcus certa firmitate in sublimi suspensus, experientia ipsa veritatem inventionis Justiniani confirmavit. Atque hoc quidem sic hæc in parte elaboratum est. In aliis vero arcubus meridiem et boream ventum spectantibus, tale quiddam accidit. Lori qui vocantur, per ædificationem novam mole magna in sublime tollebantur. Eis vero inferiora ædificia pressa laborabant, et columnæ quæ eo loci erant, lapides parvos perinde atque expolirentur, ex sese jactos reddebant. Rursum igitur animos despondentes mechanici, propter casum eum imperatori periculum tale renuntiarunt. Tum ille huic malo remedium illud excogitavit. Laborantium enim ædificiorum partes summas, et aureis ipsos adimere, atque in præsens quidem seponere, postea vero rursum imponere, cum structuræ humor induratus evanisset, præcepit. Illi imperata fecere. Ædificatio vero ipsa deinceps firma stabilisque constitit. Restauravit quoque Justinianus Sanctorum Apostolorum templum, quod nulli primas vult concedere. In eo imperatores et antistites recepto more sepeliuntur.

#### ΚΕΦΑΛΑ. ΚΑ'.

*Περὶ τῆς ἐν τῷ κυανέῳ χρώματι τοῦ βασιλέως ματίας μάλλον ἢ φιλίας.*

Κιὰ μὲν δὴ καὶ καλῶν κάλλιστα ταῦτα Ἰουστινιανῷ βασιλεὶ εἰργασται. Ἐν δὲ τι προσῆν αὐτῷ πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον· εἶτε δὲ ἀμαρτία, εἶτε δὴ καὶ δειλία φύσεως, λέγειν οὐκ ἔχω· ἐκ τῆς Νίκα λεγομένης στάσεως τὴν ἀρχὴν εἰληφός· ὑπερφύω; γὰρ ἰδὼκει θατέρῳ τῶν τοῦ δέμου μερῶν, τῷ Κυανέῳ φημι, προσκίεσθαι· καὶ ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ φόνους ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει δρῶντας τῶν δι' ἐναντίας, μὴ μόνον κωλύεσθαι καὶ ποινὴν τῆς ἀδικίας ἐκτίθειν, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι· ὡς ἐνταῦθεν καὶ εἰς ἔργον προβήναι· ἀνδροφονεῖν. Ἐθάβρου δὲ καὶ τοῖς οἴκοι; ἐπιένα, καὶ ἡρέμα τὰ προσόντα ἐκείνοις τῶν καιμηλίων λιτίζεσθαι, καὶ χρυσίῳ αὖθις ἐκείνους τὰς σωτηρίας ὠνεῖσθαι. Ἦν δὲ που καὶ τις τῶν ἐπ' ἐξουσίας μῆτοι γὰρ κολάζειν, εἰργεῖν δὲ μόνον ἐδοκίμαζε, περὶ τὰ καίρια τῆς ζωῆς ἐκινδύνευεν· ὄθεν καὶ τις τῶν τῆν Ἐψῶν ἐπιτετραμμένων ἀρχῆν, ἐπεὶ τινὰς περὶ τὰ εἰρημένα νεωτερίζοντα; συσχῶν νεύροις τὸν ἀκόλαστον ἐσωφρόνιζε τρόπον, ἀτίμῳ πομπῇ αὐτὸς

ἐκείνος νεύροις ἤχισθη κατὰ μέσην τὴν πόλιν περι-  
 αναχθείς. Καὶ τις δ' ἕτερος, Καλλίνικος ὄνομα, τὴν  
 τῶν Κιλικίων ἡγεμονίαν ἐπιτροπεύων, δύο τινὰς τῶν  
 ἀνδροφόνων τούτων ὅτιπερ ἔκολλασατο διαχρήσασθαι  
 τοῦτον ἐπιχειροῦντας, Παῦλος δὲ καὶ Φαυστίνος  
 ἦσαν ἐκείνων αἱ κλήσεις, πρὸς τοῦ βασιλέως ἀνε-  
 σκολόπιστο, ποινήν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν  
 νόμων ταύτην καταβαλῶν. Ταῦτ' ἄρα οἱ θατέρου  
 μέρους τὰ οικεῖα πεφουγότες, καὶ παρὰ μηδενὸς  
 τῶν ἀπάντων ἀναδοχῆς ἀξιούμενοι, ἀλλ' ὡς τινα  
 ἀγῆ τε καὶ μιάσματα τῆς πόλεως· ἐλαυνόμενοι, λω-  
 ποδουτοῦντες ἦσαν· καὶ τοῖς ἔδοιπόροις ἐφήδρευον  
 μισοφουοῦντες, ὡς μηδὲν ἀπειναῖ τῶν δεινῶν δὲ μὴ  
 ἐπράττετο, κἀντεῦθεν θανάτους καὶ λεηλασίας καὶ  
 τὰ λοιπὰ τῶν ἀτόπων ἡσήμεραι παρρησιάζεσθαι.  
 Πολλάκις δὲ μεταχωρῶν καὶ πρὸς θάτερα, καὶ αὐ-

τοὺς θανάτῳ ὑπήγε, τοῖς νόμοις ἐφίει, οὐδ' πρότε-  
 ρον ἀνείσα πράττειν ἀνήκεν ἀπανταχοῦ, καὶ ἴσα  
 βαρβάρους τὰ πάνδεινα ἐνεργεῖν· ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ  
 τούτων ἐς λεπτὴν λέγειν κρεῖττον οἶμαι καὶ λόγου  
 καὶ χρόνου. Ἀπόχρη γε μὴν καὶ ταῦτα τεκμηριώ-  
 σαι καὶ τὰ λείποντα τῆς ἀρχῆς.

exacte hæc commemorare, neque temporis hujus  
 potest. Et hæc ipsa satis esse possunt ad reliquas  
 conjectura colligendas.

#### ΚΕΦΑΛΑ. ΚΒ΄.

*Ἐπι Βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ, καὶ Ἰωάννου,  
 καὶ Συμεῶν τοῦ διὰ Χριστὸν Σαλοῦ.*

Ἐπὶ δὲ τῆς τούτου ἡγεμονίας καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες  
 ἐφάνησαν πολλαχοῦ τῆς γῆς διαλάμπυντες τῷ τε βίῳ  
 καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν ὑπερφωῶς εἰργασμένοις τῶν  
 παραδόξων· ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρσανούφιος, γένος Αἰ-  
 γύπτιος· ἐν σαρκὶ δὲ τὴν ἀσκητικὴν μετήλθε ζωὴν,  
 περὶ τὸν νομὸν Γάζης φροντιστηρίῳ τινί· ὃν καὶ  
 πολλὰ τῶν παραδόξων θαυματουργῆσαι φασίν. Ἐπι-  
 στεύετο δὲ, ὡς ζῶν οἰκίσκῳ τινὶ ἑαυτὸν καθείρξε,  
 πενήτην δὲ καὶ πρὸς ἐτῶν διεληλυθότων, οὐτε  
 τινὲς ὄφθηναι, μήτε μὴ τῶν τινὸς ἐπιγεῖναι μετελη-  
 φέσθαι. Οἷς δὲ καὶ θρυλλουμένοις σφόδρα διαπιστῶν  
 Σιλουστῆτος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πρόεδρος· ἐπειδὴ  
 διορῦσται ἐκέλευε τὸν οἰκίσκον, ὅπου δὴ συνέβαινε  
 τὸν ἀνθρώπον τοῦ Θεοῦ κατοικεῖν, πῦρ ἐκείθεν ἐκπη-  
 δισάν ποθεν, πετραβραχὺ πάντας ἐτίμπερα, εἰ μὴ  
 δρασμῶ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύοντο. Καὶ τις δ'  
 ἕτερος ἀνὴρ Συμεῶνης ὄνομα, κατὰ τὴν Ἐμεσαν,  
 ξένην τινὰ καὶ ἀληθῆ πολιτείαν μετῆει· μετὰ γὰρ  
 ὧν σοφίας πάσης καὶ χάριτος, παράφορον ἑαυτὸν  
 ἐποίησεν τὴν κενὴν δόξαν, ὡς ἀδοξίαν ταῖς ἀληθείαις  
 οὖσαν, ἀποδυσάμενος. Οὗτος τοῖνον ὅστις τὰ πολλὰ  
 καὶ ἑαυτὸν διατιμῶμενος ἦν, λανθάνων παντάπασιν  
 καὶ μὴ τινὲς διδοῦς παράδοξον διαγινῶναι, πότε ἢ πῶς  
 τὸ θεῖον ἰλάσκειται· ἢ πότε καὶ τίσι σιτίσι πρόσσι-  
 σιν ἢ ἀπέχεται. Πολλάκις δὲ ἀγοράζων ἀνὰ τὰς πλα-  
 ταίας, ἐκτετράφθαι τοῦ θαυματοποιήσεως ἐψέκει, καὶ  
 μηδὲν τι συνεστῶτος νοῦ ἔχειν, ἢ τι φρονήρες καὶ  
 ἀγγιχοῖς προσήκον. Καπηλείους δ' ἀτάκτως ἐπιπη-  
 δῶν, τῶν παρευρημένων στίλων ἐνεφωρεῖτο ὅτε περ-

tes comprehendisset, et nervis protervitatem eorum  
 castigasset, contumeliosa pompa per mediam ur-  
 bem tractus, nervis est concisus. Et alium quem-  
 dam Callinicum nomine, Ciliciæ præsidem, quod  
 in duos percussorum istorum, Paulum et Faustinum,  
 qui interficere eum conati fuerant, animad-  
 vertisset, in crucem egit, pœnas ab eo, recte pru-  
 denterque facti, et legum conservatarum, sumens.  
 Itaque qui diversæ factionis erant, quod possessiones  
 suas relinquere coacti essent, et a nemine  
 prorsus reciperentur, sed veluti quædam detes-  
 tanda piacula urbe expulsi essent, prædonicam  
 exercebant : et itineribus obsessis, ex insidiis via-  
 tores adoriebantur et cædebant, nihilque adeo  
 quod non committerent malorum omittebant, et  
 quotidie ad homines interficiendos atque dispo-  
 liandos, flagitiaque alia peragenda, audaciores  
 fiebant. Sæpenumero autem ad factionem alteram  
 conversus, et in ipsos lege agere jussit, suppli-  
 ciisque eos subdidit, quos antea ubique facinora  
 impia committere, et gravissima quæque flagitia  
 de barbarorum more patrare permiserat. Cæterum  
 est, neque orationis nostræ, quæ assequi ea non  
 imperii hujus, quæ hic non recensentur, res con-

#### 768 CAPIT. XXII.

*De Barsanuphio monacho et Joanne : item de Symeone  
 propter Christum fatuo.*

Sub Justiniano multi in multis orbis partibus  
 religiosi, et vita et miraculis ab eis gestis admi-  
 randi viri floruerunt, in quibus unus etiam Barsanuph-  
 ius Ægyptius genere fuit, qui in carne carnis  
 expertem egit vitam, in monasterio quodam quod  
 in præfectura Gazæ situm erat. Hic cum prodigia  
 multa edidisse dicitur, tum in tuguriolo seipsum  
 vivum inclusisse, atque ibi ultra quinquaginta  
 annos ita vixisse creditur, ut neque a quopiam  
 visus, neque re quopiam terrena usus sit. Quæ cum  
 de eo fama vulgata essent, eisque Salustius, (1)  
 Hierosolymorum episcopus, fidem non haberet,  
 postquam perfodere domunculam, ubi homo Dei  
 habitabat, jussit, ignis alicunde exortus omnes  
 consumpsisset, nisi sibi fuga consuluissent. Alius  
 quidem vir Symeones nomine, apud Emesam,  
 novam quamdam et insolitam vitam egit. Cum  
 enim et sapientia omni et gratia plenus esset, de-  
 mentem se esse assimilavit, et vanam gloriam, ut  
 quæ revera ignominia sit, rejecit. Sanctus igitur  
 vir iste diu solitarius vixit, latens prorsus : neque  
 cuiquam, ut cognosceret, quando, aut quomodo  
 preces ad Deum funderet, aut quo tempore, et  
 quibus cibis vel uteretur vel abstineret, aditum  
 ad se permittens. Persæpe vero etiam in plateis  
 versans, mente excidisse, neque quidquam con-  
 sistentis pectoris, solertix, et sagacitatis habere  
 visus est. Aliquando in composite in cauponas insi-  
 liens, cibis se quos reperisset famelicus implebat.

(1) Evagr. habet *Eustachius*.

Quod si quis consilio ejus intellecto, vel observantiam vel honorem ei exhiberet, indignatus ille quam celerrime ex eo loco discedebat, ne id quod vulgatum volebat, deprehenderetur. virtusque ejus manifestaretur, veritus. Et ille quidem ita se pro-palam atque in medio foro gessit. Habuit autem familiares etiam quosdam, quibuscum quandoque fuit, scena et simulatione posita. Cuidam ex iis ancilla erat, quæ a quopiam per libidinem constuprata, ubi partus institit tempus, ab heris patrorem probrosi facinoris ejus et patrem pueri indicare coacta est. **769** Illa per calumniam, Symeonem clandestine secum consuevisse, seque ex eo gravidam esse dixit, et rem ita se habere juramento confirmat: idque si opus esset, in faciem illi se dicturam promisit. Hoc ubi ad aures Symeonis pervenit, factum ipse quoque non negavit, car-nem scilicet se quoque circumferre, et lubricam peccandi proclivitatem insitam sibi esse dicens. Postquam autem eo nomine sermones apud omnes de eo increbuerunt, et ipse, sicuti videbatur, pudore percussus est: illicit per fraudem sub ver-cundia prætextu seipsum subduxit. Et jam fatalis et constituta pariendi dies aderat, et muliercula sedili solito insidebat, doloresque vehementes exoriebantur, cruciatum intolerabilem afferentes. Ac misella ultimum discrimen adibat, neque fetus prodibat, cum in tempore ipso Symeonem advenientem, ut preces ad Deum profileret, mulier-culæ solæ rogarunt. Ibi ille propalam, non prius fetum solum aspecturum esse, quam mater patrem clandestinum proderet, prædixit. Quod ubi femina professa est, et patrem verum nominavit, confestim infans maternis locis exsiliit, veritate ipsa quodammodo obstetricis illi officium exhibente. Alio insuper tempore Symeones iste in adiculam mulieris impudicæ ingressus, foribus clausis, solus cum sola manens, aliquantum temporis extraxit: deinde ostio aperto profugit, conspectum omnium, ne quis eum conspiceret, ubique cursa citato vi-tans. Quo facto, opinionis non bonæ causam de se præbuit. Quapropter qui hoc viderant, mulie-rem convenerunt, diligenterque quid sibi illius ad eam ingressus et tam diuturna mora voluerit, per-cunctati sunt. Ibi illa adjuravit se in tertium usque diem penuria rerum necessariorum, præter aquam, nihil degustasse. Illum autem, qui hoc cognovisset, cibum ad se et vini aliquantum attulisse; deinde januis clausis, mensam apposuisse, cibum capere jussisse, dapibus eam replevisse: et reli-quiis earum receptis, abiisse. Cum terramotus ma-ximus regionem eam concussurus esset (quo tem-pore, præ civitatibus aliis, urbes Berytus, Biblus, et Tripolis, cladem ingentem acceperunt) Iorum mœnu circumagens, et quam plurimas in foro col-umnas diverberans, ad alias: **770** State (inquit) vos, brevi namque saltare debetis. Et cum viri ejus factum nullum otiosum aut frustraneum esse judicaretur, qui ei rei affluere, animis suis quasnam

Α νῆν. Εἰ δὲ ποῦ τις ἐννοήσας ἡ προσκύνῃσιν ἡ τιμῆν τινα προσῆγε, θυμῷ πολλῷ καὶ τάχει τῶν τόπων ἀριστάτο· ὑπεῖδόμενος· μὴ τι φωραθεῖν, ὃ λαυθά- νειν ἐπεχειρεῖ, κατάδηλον τὴν οἰκείαν ποιῶν ἀρετὴν. Τὰ μὲν οὖν ἐκτός καὶ ἀγοραῖα τῷ Συμεῶνι τοιαῦτά γε ἦσαν. Ἦσαν δὲ τινες αὐτῷ καὶ συνήθεις· οἷς καὶ παρενέβαλλε τὴν σκηνὴν λύων καὶ τὴν ὑπόκρισιν. Ἐνὶ γούν ἐκείνων θεραπευτὴς ἦν, ἡ δὲ πρὸς τινος ἀκολάστως ἐκπορευθεῖσα, ἐπεὶ ὁ τοῦ τόκου ἐνέστη καιρὸς, πρὸς τῶν δεσποτῶν ἠναγκάζετο τὸν τοῦ ἀγούς πτετέρα διερμηνεύειν. Ἡ δὲ τὴν Συμεῶντην διέβαλλε σκοτίως αὐτῇ συμπλακῆναι, καὶ ἐξ ἐκείνου κωφορεῖν· καὶ διώμνυτο. ἡ μὲν οὕτως ἔχειν δισχυ- ριζομένη, καὶ εἰ γε δέοι, καὶ εἰς ὄψιν διέλέγειν αὐτόν. Ὡς δ' εἰς ὧτα ἤκε τούτο τῷ Συμεῶνι, συν- ετίθει καὶ αὐτὸς εἶπεν· σάρκα γὰρ φορεῖν καὶ τὸν διόσθον ἐπιφέρεισθαι ἔλεγεν. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τῶσι διεθρολλεῖτο καὶ αἰσχύνης ἐμπλεως ἦν ὡς γε ἔδοκει, δῆθεν σοφιστὴς ὄντιος ὁπότελλον ἑαυτὴν, καὶ τὴν αἰδῶν πρόσχημα ἐπέτιθει. Ὡς δ' οὖν ἡ κυρία ἤκειν ἡμέρα τοῦ τοκετοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν εἰσθότων ἡ γυνὴ καθῆστο σκιμπότων, ἡ μὲν ὠδὶ σφοδρότερον κατεβήγγυτο, ἀνέποιστον τὴν ἀληθῆσθα ἐργαζομένη, ἐς ἔσχατον κινδύνου περιματώσα τὴν ἀνθρωπῶν. Οὐ μὲν ὁ τόκος πρόεκοπτεν, ἀλλ' ἐξεπίτηδες ἀφιγμένον τὸν Συμεῶ- ντην, ἐκέτεσον εὐχεσθαι. Ὁ δὲ ἀνείπεν ἐμφανῶς, μὴ πρότερον τὸ κωφοροῦμενον τὸν ἕλιον προσεῖπειν, πρηνὴ τὸν σόχσιον πατέρα τὸ γύναιον παραδειξείεν. Ὅπερ ἐπειθὲ τὸ γύναιον ὠμολόγει, καὶ τὸν ἀληθι- νὰν ἀνείπε πατέρα, εὐθὺς τὸ βρέφος ἐξέθορε τῆς γαστρός, τῆς ἀληθείας ὡσπερ ἐκεῖνο μαίεσσε μέγισ- τος. Καὶ ἄλλοις δὲ Συμεῶντης οὗτος εἰς τι δωμάτιον εἰσῶν γυναικὸς ἀκολάστου, καὶ τὰς θύρας ἐγκλει- σάμενος, μόνος μόνῃ ἐγγρορίζων παρεῖχε τὴν ὥραν· ἔπειτα διαπετάσας τὰς θύρας, φεύγων ἀπῆει, παν- ταχοῦ περιθέων τὴν ὄψιν, μὴ ποῦ τις δῆθεν αὐτὸν ὀψῆ. Οὕτω δὲ ὀράσας, ὑπόνοιαν παρεῖχεν οὐκ ἀγα- θὴν· ὡστε καὶ τοὺς ἰδόντας ἀγαγέσθαι τὴν ἀνθρω- πῶν, καὶ εἰς λεπτόν ἀκριβοῦσθαι, τί τε βούλεσθαι τὴν ἐκείνου εἰσελεύσειν παρ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἐπὶ τῶσιν δὴ τοῦ χρόνου τριθῆν. Ἡ δὲ διώμνυτο, ἐς τρίτην ἡμέραν μηδένας ἀπογεύσασθαι πλὴν ὕδατος, ἐνδείξ- τῶν ἀναγκαίων· τὸν δὲ μαθόντα, σίτά τε καὶ οἶνου μέρος κομίσει· εἰτ' ἐγκλεισάμενον τὴν θύραν, τρά- πεζον παραθεῖναι, καὶ δειπνήσαι κελεύσει, καὶ τῆς θοίνης ἐμπλήσασθαι· τὰ δὲ λείψανα πάλιν λαβεῖν καὶ οἰχεσθαι. Καὶ κλόνου δὲ γῆς μεγίστου κατασειεῖν μέλλοντος τὰ ἐκεῖσε μέρη, ὀπηνίκα ἡ τε Βηρυτίων, Βυβλίων τε καὶ Τριπολιτῶν πόλεις, τῶν ἄλλων μάλ- λον πεπόνθησιν, ἱμάντα τῆ χειρὶ περιάγων, τοὺς πλείστους τῶν κίωνων κελὼν ἀνά τὴν ἀγορὰν, Σῆτε, ἐπέλεγεν· ἔχετε γὰρ ὅσον οὕτω ὀρχήσασθαι. Ὡς οὖν τοῦ ἀνδρὸς οὐδὲν πάρεργον διεκρίνετο, οἱ παρευ- ρεβέντες εἰς νοῦν ἔλαθον, τίνας τῶν κίωνων οὐκ ἔτυψε παριών· οἱ δὲ τοῦ σεισμοῦ βραχδαίως ἐπισπ- πεσόντος καταπεπτώκασι, πάρεργον ἐκείνου γεγε- νημένοι. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα αὐτῷ μνήμης ἀξία διε- πρήχθη, ἅπερ ἰδῶν συγγράμματι ἐν ἑτέροις διέλαθον.

columnas præteriens non pulsasset consideraruūt.

Nam illæ ipsæ terræmotu impetu summo iugruente corrucunt, concussionis ejus opus primarium factæ. Multa præterea ab eo memoria digna sunt gesta, quæ scripto alio alibi sum prosecutus.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ΄.

A

## CAPUT XXIII.

*Περὶ Θωμᾶ καὶ αὐτοῦ τὸν ἐξηχον μειότος βλον.*

Ἀνὰ δὲ τὴν Κολήν Συρίαν καὶ τις ἕτερος τὸν ἴσον βλον δ'αθλεύων ἐτύγγανε, Θωμᾶς ὄνομα ὃς ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου γενόμενος, τὴν ἐτήσιον τροφὴν κομισούμενος, τῆς κατ' αὐτὸν μονῆς (ἐκ γὰρ τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας ἐτέτακτο) ἦτε. Τοῦτον τοῖνον Ἀναστάσιος ὁ τὰ τῆς ἐκκλησίας οἰκονομῶν, ἐπεὶ συχνῶς ἠνώγει, κατὰ κάρρης ἔπαιε τῇ χειρὶ. Ἐν δεινῷ δὲ ποιουμένων τῶν ἀμφ' αὐτὸν, εἶπεν, οὕτε Θωμᾶν τοῦ λοιποῦ τὸ τῆς ἐκκλησίας λήψεσθαι, οὕτε δώσειν τὸν Ἀναστάσιον ὃ ἐπιτελῆ δὲ καὶ ἀμφω γενέσθαι κατὰ τὴν πρόρρησιν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀναστάσιος τῇ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ τὸν βλον κατέστρεψεν. Θωμᾶς δ' ὑποστρέψων, καὶ πρὸς τὴν Δάφνην γενόμενος, ἐν τῷ τῶν νοσοῦντων καταγωγῆ, πρὸς τὴν ἀμείνω λῆξιν ἐχώρει. Καὶ τὸν ἐκεῖνον νεκρὸν οἱ ἐκεῖσε δὴ τῷ ἐπηλύδων πολυανδρίῳ κατέθετον ὡς εἶτα καὶ ἄλλον καὶ αὐθις ἕτερον ἐπ' ἐκεῖνω. Ἐπεὶ δὲ Θεοῦ τὸν οἰκεῖον τιμῶντος θεράποντα ὑπερθεὶν ὁ ἐκεῖνου νεκρὸς ἐγένετο, τῶν ἐπιτιθεμένων τοῦ σώματος θεῖα τινὶ δυνατεῖα ἀποκρουόμενων ὡς πορρωτέρω, οἱ τὸ θαῦμα κατιδόντες, Ἐφραιμῶ τῷ ἐπισκόπῳ ἀνήγγελλον τὸ πραττόμενον. Ὁ δὲ διαγνοὺς ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν, δημοτελῆ καὶ ἀγέρωχον κηρύξας πομπὴν, τὸν νεκρὸν ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου περιφανῶς διεκόμιζε, καὶ ἐν τῷ κοιμητηρίῳ δόξῃ πολλῇ κατετίθετο ὡς ἀπελάσας καὶ τὴν ἐπιδημήσαντα τινικαῦτα λοιμῶδη νόσον τῇ μεταθέσει. Τοῦτου δὲ τοῦ Θωμᾶ καὶ ἐτήσιον μνήμην παῖδες Ἀντιοχείων ἤγον, μεγαλοπρεπῶς

Θωμᾶς anniversariam memoriam magnificentissime, festum diem agentes, Antiocheni celebrant.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ΄.

*Ὅς καὶ ὁ μέγας Σάββας καὶ Θεοδοσίος ὁ κοῖνο διάρχης ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τέλει τοῦ βίου ἐχρῖσαντο.*

Ἰουστινιανοῦ δ' ἔτι τὴν αὐτοκράτορα διοικοῦντος ἀρχὴν, καὶ Σάββας ἐκεῖνος ὁ μέγας καὶ ὁ πολὺς Θεοδοσίος, οἱ τῆς ἐρήμου καθηγεμόνες, ἔτι περιῆσαν τῷ βίῳ. Ἀλλὰ προλαθὼν μὲν ὁ Θεοδοσίος διέβαινε πρὸς Θεόν. Σάββας δὲ τηνικαῦτα ἐννενηκοστὴν παρελαύνων ἐνιαυτὸν, πρὸς τοῦ τῆς Αἰτίας προέδρου αὐθις πρέσβυς ἐς Ἰουστινιανὸν ἀνεισιν, ἐν ἀμυδρῷ γῆραι σαλεύων. Σαμαρεῖς γὰρ Ἰουλιανόν τινα σφίσι βασιλέα ἐπικηρύξαντες, πλείστα κατὰ Χριστιανῶν ἐξυθρίζουσιν, ἐκκλησίας λεηλατοῦντες καὶ πυρὶ νέμοντες ὡς καὶ τοὺς εὐσεβεῖν ἡρημένους μετὰ πολλὴν καὶ ἄφατον τιμωρίαν μαχαίρας ἔργον ποιούμενοι, κώμας τε κατατρέχοντες, καὶ τὰς τῶν ἁγίων θήκας ἀναρρήγνυντες καὶ παραδιδόντες πυρὶ ὃ καὶ μάλιστα περὶ Νεάπολιν ἔπραττον μαχαίρα μὲν τὸν ἐπίσκοπον ἀνελόντες, τῶν δὲ πρεσβυτέρων κατασχόντες τινὰς, ἔπειτα εἰς μέρη τε καὶ μέλη διελόμενοι, σύναμα μαρτύρων τισὶ λειψάνοις ἀπε-

*De Thoma, qui et ipse vitam tacitam extra hominum strepitum est complexus.*

In Cæsalyria alius quidam, cui Thomæ nomen fuit, in eodem vitæ genere decertavit. Qui Antiochiam venire solitus (illius enim ecclesiæ censebatur) annuis alimentis receptis, in mansionem suam ibat. Hunc Anastasius ecclesiæ ejus minister et œconomus, quod frequenter molestus ei esset, manu in facie verberavit. Eam rem cum illi qui cum eo erant, ægre ferrent : ipse neque Thomam dixit de cætero quidquam ab ecclesia accepturum, neque Anastasium daturum esse. Et utrumque juxta prædictionem eam accidit. Anastasius siquidem postridie ejus dici vita defunctus est : et Thomas ad tugurium suum revertens, postquam in Daphnes suburbanum vicum pervenit, in ægrotorum hominum diversorio, ad meliorem illam vitam migravit. Cadaver illius ejus loci incolæ in communi advenarum monumento reposuerunt, alio atque rursum alio cadavere illi superingesto. Postquam vero Deo ministrum suum cohonestante, corpus ipsius, identidem ea re tentata, semper superiorem tenuit locum, cadaveribus reliquis divina quadam vi longe admodum ab ipsius corpore semotis, miraculi ejus spectatores, ad Ephraimium episcopum rem retulerunt, qua ille ita uti erat cognita, publicam atque honorificam funeris pompam indixit, et corpus magnifice Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmeterio sepeliit. Qua cadaveris translatione ille etiam pestilentem, qui tum grassabatur, morbum dispulit. Hujus

Qua cadaveris translatione ille etiam pestilentem, qui tum grassabatur, morbum dispulit. Hujus

## 771 CAPUT XXIV.

*Ut Magnus Sabbas et Theodosius Cœnobiarcha sub Justiniano vitam finierint.*

Justiniano adhuc imperium administrante, et magnus ille Sabbas, et præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erant. Verum prior Theodosius ad Deum transitit. Sabbas autem nonagesimum tum agens annum, ab Æliensi antistite legatus iterum Constantinopolim ad Justinianum, in tenui atque imbecilli admodum senectia fluctuans, profectus est. Samaritanæ namque Juliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbe injurias tolerant. Ecclesias per sacrilegium compilatas igni vastaverant : eos qui secundum Deum pie vivendum sibi statuisent, post multa et inenarrabilia supplicia conciderant : et circum vicos discurrentes, atque sanctorum loculos violantes, in ignem conjiciebant. Ea vero circa Neapolim acciderant maxime, cujus episcopum ens conciderant, et presbyteros quosdam comprehensos, et deinde in frustra dissectos, una cum qui-

usquam martyrum reliquiis in sartagine frixerant, a nulla prorsus temeritate et contumelia contra Christianos abstinentes. Quæ ubi Justinianus intellexit, multa manu cum illis congressus, cum alios multos, tum Julianum ipsum occidit. Captus quoque Silvanus quidam Scythopoli, et igni crematus, perquam acerbam vitæ catastrophem subiit : vir qui plurimum per effrenatam petulantiam in Christianos illussisset, et divina vindicta ad id tempus conservatus esset, ut debitas ad eum modum persolveret pœnas, quemadmodum et divinus Sabbas ei prædixerat. Arsenius autem quidam nomine et dignitate illustris, ejus quem diximus Juliani comes, Constantinopoli erat, et calumnias quasdam falso adversus Palæstinos sæbat, perinde atque tyranno multis in rebus adjutores fuissent. Horum gratia Sabbas, sicuti dictum est, orator rursus Constantinopolim venit. Eum vero veluti angelum, et cœlestis Jerusalem civem, cœlitus venientem, perquam celebri pompa imperator excepit : quidquid in urbe illustrium esset virorum, ipsumque adeo Epiphanium patriarcham obviam illi mittens. Porro ubi longe advenientem imperator agnovit, eximiam capiti ejus coronam immingere vidit : 772 quod et ipsum Anastasius olim, cum ad eum veniret, conspexit. Itaque illi occurrit, et benedictione accepta, sane quam libenter eum eo fuit, et facillime quidquid is volebat fecit. Qui inde reversus et ipse ad æternam immortalẽque vitam, condigna laborum præmia recepturus, transit.

## CAPUT XXV.

*De miraculo insigni, quod puero Hebræo a sanctissima Dei Genitricis accidit.*

Anthimo (1) vero, quemadmodum dixi, episcopali throno in urbe imperiali dejecto, et Mena pro ipso ab Agathone papa electo atque ordinato, miraculum quoddam Constantinopoli, dignum quod memoretur, accidit ; quod sane ita ut potero exponam. Consuetudo a multo tempore imperanti urbi fuit, ut cum plusculum de partibus immaculati divinique corporis Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi reliquum esset, sacerdotes pueros incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum litterarium cuncti accerserent, qui jejunii reliquias eas ederent. Quod quidem mihi quoque sæpenumero, cum puer admodum essem, et maxime a prima ætate in sacris ædibus versari studio haberem, contigit. Tale quiddam sub Mena quoque patriarcha evenit. Cum pueris ad id delectis, puer quoque viri religione Judæi, vitro conficiendo vitam tolerantis, aggregatus est. Puer is, ubi diutius ultra solitam horam moratus domum venit, et causam tardioris reditus parentibus diligentius eam inquiringibus, quod scilicet cum aliis pueris in aede sacra divinas partes edisset, renuntiavit, pater re nova audita, furore percitus,

(1) Apud Evagrium Anthimo throno Constantinopolitano ejecto, Epiphanium episcopum creatum

A και ἀνθρωπότητος, σύνθετον ὁμολογοῦντες, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, σύγχυσιν τῇ ἐνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν. Οὐ γὰρ ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, τὸ εἶναι Θεοῦ ἀπολείπει· οὕτω μὴ ὅτι Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀπαράδεκτον ἔχει, καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι παραιτήσεται. Μεινῆκε δὲ ὡς περ ἐν ἀνθρωπότητι Θεοῦ, οὕτω καὶ ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ἄνθρωπος ὢν, οὐδὲν ἤτεον ἄμφω δὲ ὢν ἐν ταυτῇ, καὶ εἰς Θεοῦ ὁμοῦ τε καὶ ἀνθρώπου ὁ Ἐμμανουὴλ. Τὸν αὐτὸν δὲ ὁμολογοῦντες· ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, διαίρεσιν μὲν τὴν ἀναμέρος ἢ τομῆν οὐκ ἐπιφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ συνθέτῳ ὑπόστασει· τὴν δὲ διαφορὰν τῶν φύσεων σημαίνομεν, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἔνωσιν. Οὕτε γὰρ ἡ θεία φύσις εἰς τὴν ἀνθρωπίαν μεταβλήθη, οὕτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰς τὴν θείαν ἐτράπη. Νοσομένης δὲ καὶ ὑπαρχούσης μᾶλλον ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὄρω τε καὶ λόγῳ, πεπρωθῆναι μὲν τὴν ἔνωσιν καθ' ὑπόστασιν. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἔνωσις δηλοῖ ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος, τουτέστιν ἡ μία ὑπόστασις τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, οὐ προϋποστάνει ἀνθρώπῳ ἠνώθη, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐδημιούργησεν ἑαυτῇ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑπόστασει σάρκα ὁμοούσιον ἑαυτῇ καὶ ὁμοιοπαθεῖ κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ· ἐν αὐτῇ γὰρ ἔσχε τὴν ὑπόστασιν καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ἔστιν εἰς καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, συδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἐνωσύντες δὲ αὐτοῦ τὴν ἀφραστον ἔνωσιν, ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην σαρκὶ ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. Καὶ πάλιν ἐν θεωρίᾳ λαμβανόντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν, δύο ταύτας εἶναι λέγομεν, διαίρεσιν οὐδεμίαν ἐισάγοντες· ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ· ὅθεν ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Χριστὸν, ἓνα Ἰδὸν, ἐν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν, Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον. Πάντα δὲ τοὺς παρὰ ταῦτα φρονήσαντας ἢ φρονούντας ἀναθεματίζομεν, ἄλλοτρίους κρινόντες τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Τῶν ὀρθῶν τοίνυν δογμάτων τῶν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδεδομένων τῶν ἡμῖν κηρυττομένων, προτρέπομεν ὑμᾶς ἀπαντας εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν. Μᾶλλον δὲ παρακαλοῦμεν· οὐ γὰρ ὀκνήσοιμεν κἄν ἐν ὑπεροχῇ βασιλείας ἐσμεν, τοιούτοις χρῆσασθαι βήμασιν, ὑπὸ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἀπάντων ὁμοφροσύνης τε καὶ ἐνώσεως, ἐκ τοῦ μίαν ἀπάντων δοξολογίαν ἀναπέμπεσθαι τῷ

(2) Salus credentium mysterium Trinitatis est. (Hieron.) — Deum esse multis notum est. Sed quod Pater sit et Filium habeat, paucis (Aug.). — *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus*, etc. (Joan. xvii.) — Et creditur a nobis sine confusione conjuncta sancta Trinitas, sine separatione distincta. (Aug.) — Εἰς Θεοῦ ἐν τρισί, καὶ τὰ τρία ἐν· Unus Deus in tribus, et tria hæc unum. Unus Deus Pater, ex quo omnia: et unus Dominus Jesus Chri-

stus, per quem omnia: et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. Eo, ex quo et per quem et in quo, non naturas dissecantibus, verum unius et confusæ naturæ proprietates designantibus. Atque id ex eo clare patet, quod in unum rursus colligitur. Ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia: ipsi gloria in sæcula, An. en. (Greg. Nazianz.) (3) Duxæ naturæ Christi in unam coeuntes dominatorem et deita em. (Theologus.)

μεγάλῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. Τοῦ δὲ λοιποῦ, μηδένα προφασίζόμενον περὶ πρόσωπα ἢ συλλαβὰς ζυγομαχεῖν· ὅτι πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὀρθὴν πίστιν τε καὶ ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι τοῦ μέχρι νῦν κρατοῦντος· ἔθους τε καὶ σχήματος ἐν τῇ ἀγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῆ καὶ ἀποστολικῆ Ἐκκλησίᾳ, διὰ πάντων βεβαίου τε καὶ ἀκαινοτομήτου καὶ εἰς τὸν ἐξῆς ἅπαντα μένοντος χρόνον. » Τῷ μὲν οὖν ἰδίῳ τούτῳ πάντες· οἱ ἕκαστου συγκρατεῖσθαι ἱερεῖς, ὀρθῶς ἐκφωνηθῆναι λέγοντες· οἱ δ' ἀποδηρημένοι ἐπὶ τοῦ σχίσματος ἕμμενοι, ἡκισθ' ἐνοῦσθαι θέλοντες, οὐ δι' ἄλλο τι, ἀλλ' ὅτι περὶ ῥητῶς οὕτω πρὸς τῷ τέλει τοῦ γράμματος· εἴρηχε, τὸ βέβαιον καὶ ἀκαινοτόμητον πεφυλάχθαι ταῖς ἐκκλησίαις· καὶ κατὰ τὸν ἐξῆς ἐσόμενον χρόνον.

» *Ubi ubique episcopi et sacerdotes catholici comprobantur, recte promulgatum esse dicentes. Qui vero se ab Ecclesia segregaverant, in schismate et dissidio persistentes, haudquaquam cum ea uniri voluerunt: non aliam quidem ob causam, quam quod ad finem scripti disertis verbis appositum esset, etiam temporibus futuris professionem fidei talem absque rebus novis stabilem conservatum iri.*

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Περὶ τῶν προέδρων τῶν μεγάλων πόλεων, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως.*

Τουστίνος δὲ Ἰωάννου τοῦ ἐκ τοῦ Σιρμιός τὸν τε βίον ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλίδος θανάτῳ ἀπεβλομένου, Εὐτύχιον ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀγαγών, καθὼς Τουστιανὸς ἐν διαθήκαις ἐνεκελεύετο, τῷ θρόνῳ αὐθις ἐγκαθιδρῦει· ὃν ἐπὶ δὲ ἕτη διαγεγόμενον Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς διεδέχετο. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννου τοῦ Κατελίνου τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνον λιπόντος, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖσε χωρήσαντος· δίαίταν, Βόνοςος τοὺς οὐκ αἰσῶν τῆς ἐπισκοπῆς· ἐγγχειρίζεται· ὃν Ἰωάννης ἕτερος διεδέχετο, τὸν δ' αὐθις Πελάγιος· μετὰ δὲ Ἀπολλινάριον Ἰωάννης τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἀνεῖσι θρόνον, ὃν Εὐλόγιος διεδέχετο. Ἀνὰ δὲ τὴν Ἱερουσόλων τὴν ἱερωσύνην οὐκ αἰσῶν μετ' Εὐστόχου ὁ Μακάριος· ἔπειτα Ἰωάννης τὴν ἱεραρχικὴν ἐκκληροῦτο καθέδραν, τῇ τῶν Ἀκοιμητῶν μονῆ τὸν λιτὸν καὶ ἄσκειον βίον ἀριστὰ μετελθών. Κατὰ δὲ τὴν Θεούπολιν τὸν μετὰ Δομνίνου Ἀναστάσιον ἐλάσας ὁ Τουστίνος, Γρηγόριον κατεστήσαστο, μηδενὸς τῆνικαῦτα περὶ τὴν Ἐκκλησίαν νεωτερισθέντος· αἰτίαν δὲ βασιλεὺς ἔσχεν ὁ Ἀναστάσιος, ὅτι περὶ τὰ ἱερὰ χρήματα διαπαντὴ μὴ κατὰ τὸ προσήκον ἀρχιερεῖ, καὶ ὅτι εἰς βασιλείᾳ προσέκοψε βλασφημίας. Ἐρομένου γὰρ τίνος Ἀναστάσιον τί δὴ ποτε οὕτω χυδῆν τὰ ἱερὰ χρήματα διαβρίπτει, καὶ μὴ ὡς χρεῶν διασκορπίζει εἰς τὸ δέον καταναλισκῶν, διαβρῆδην εἰπεῖν σκιάσαντα, ἵνα μὴ, φησί, παρὰ τῆς κοινῆς λύμης τοῦ Ἰουστίνου ἀφαιρηθεῖεν. Μετῆμιστο δὲ μηνιάσει τὸν Ἰουστίνον ἐκείνῳ, ὅτι περὶ ζητοῦντι χρήματα οὐ προήρητο δοῦναι. Καὶ τινα δ' ἕτερα ἐκείνῳ προσέπειπον τὸν βασιλικὸν σκοπὸν θεραπεύειν βουλομένων ἐνίων. Τούτου δ' ὑπέξελθόντος, Γρηγόριος, ὡς εἴρηται, τὸν θρόνον ἐλάμβανεν· οὐ κλέος εὐρὺ κατὰ πόλιν· ἐκ γὰρ πρώτης τριχῆς, τοῖς μοναδικῶς

*A hortamur, seu potius rogamus. Non enim grave nobis est, quamvis in fastigio imperii collocati simus, Christianorum omnium consensionis atque unionis gratia, ejusmodi verbis uti: ut una ab omnibus laus et glorificatio tribuatur Deo magno et Servatori nostro Jesu Christo. 794 De cætero autem, ne quis causam aut occasionem illam de personis aut syllabis (sive fidei formulæ) per in-testina dissidia contendendi caperet, quoniam ad unam et eandem rectam fidem et sententiam syllabæ (seu formulæ) producunt consuetudinis et status ejus, qui hucusque in sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia obtinuit, et per omnia citra innovationem aliquam firmus stabilisque deinceps in tempus omne permanebit. » Edictum hoc omnes*

## B

## CAPUT XXXVI.

*De magnarum urbium episcopis, et Gregorio Theopolis antistite.*

Justinus, postquam Joannes cui Sirimis patria fuit, vitam simul et thronum imperantis urbis morte abjecisset, Eutyrium ab exsilio, sicuti Justinianus testamento jusserat, revocatum in ecclesiam suam restituit. Qui duobus exactis annis, Joannem Nηστευτήν, hoc est jejunatorem, successorem habuit. Ubi vero Joannes etiam Catelinus in veteri Roma sedem vacuam reliquit, et ad vitam illam migravit, Bonoso (1) episcopatus gubernacula mandata sunt: cui Joannes alius, atque huic rursus Pelagius successit. Post Apollinarem autem Joannes Alexandriæ in pastorem conscendit thronum, et huic deinceps subrogatus est Eulogius. Hierosolymis episcopatum denuo post Eustochium gubernavit Macarius. Post eum hierarchicam cathedram sortitus est Joannes, 795 qui puram et iuopem vitam in Insomnium monasterio optime egerat. Apud Theopolim autem Justinus Anastasio Domnini successore pulso, Gregorium substituit, nullis tum in Ecclesia novis rebus motis. Imperator vero crimen illud Anastasio objecit, quod sacram pecuniam in alios, quam episcopum deceret, conferret sumptus, et quod convicio et maledicto imperatorem ipsum petiisset. Cum namque interrogatus a quodam Anastasius esset, cur ita profuse pecuniam sacram dilapidaret, et non potius in usus decentes eam impendens, ita uti ovis esset, dispergeret, diserte per cavillationem dixisse fertur, ne a communi pernicie Justinio auferretur. Fama autem vulgatum est, propterea illi Justinum intensum fuisse, quod pecunias ei petenti ille dare noluerit. Adtinguntur præterea viri ei alia quædam a nonnullis, qui imperatoris coeptum tegre aut excusare voluerunt. Postquam Anasta-

(1) Pro Bonoso legendum puto *Benedicto*.

suis episcopatu abiit, Gregorius, sicuti dictum est, a sedem eam accepit : cujus lata est gloria, ut poetæ verbis utar. A primis enim capillis, in monasticis exercitatus studiis, strenue ad summos gradus, cum nuper admodum se in eo lanugo prima exhibuisset, contendit. Primum vero Byzantii monasterio præfuit, ubi etiam ab initio vitam rerum omnium expertem degere cœpit. Postea Justino jubente, pastorale munus in monte Sinæo suscepit : in quo a Scenitis barbaris obsessus, non minimis circumventus est periculis. Quibus etiam, ut pacificationem iuissent, suasor auctorque fuit. Apud hos cum res magnas peregisset, in sacram deinde proventus est cathedram. Animo et consilio in rebus omnibus optimo fuit : et ad quodcumque negotium se converteret, id quam facillime conficiebat. Metu minime perturbabatur. Potestatibus autem, ut facile illis territus cederet, flectendum se haudquaquam præbuit. Liberalis quoque, et admodum munificus, magnifice pecunias largiebatur : usque adeo, ut quocumque, pro eo atque opus esset, progrediretur, quam plurimi homines eum stiparent atque sequerentur, eorum etiam quibus nihil cum eo intercederet consuetudinibus, et qui nihil ad eum pertinerent. Alii insuper qui eum produlisse audiissent, vel vidissent, ad eum confluebant, et honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri ejus observantia, secundo loco habebant, **796** avide sua sponte et videre et audire eum cupientes, etiam de rebus non magni momenti plerumque verba facientem. Erat siquidem ad arcuum desiderium eorum animis, qui illum quomodocumque conveniebant, inserendum quam maxime idoneus, aspectu admodum admirandus, in colloquiis valde jucundus, et si quis alius, et ipse ad id quod deceret cognoscendum acutissimus, et ad faciendum quam facillimus. Ad consilium aliis dandum, atque ad res domesticas et externas dijudicandas, promptissimus. Quapropter multas res optime gessit, negotia in crastinum differre non solitus. Terrori vero erat non tantum Romanis imperatoribus, cum publica tractaret negotia, quantum necessitas postularet et tempus flagitaret, verum etiam Persarum ducibus, sicuti suo loco a me dicitur. Varius etiam fuit. Aliquando namque multa utebatur vehementia : nonnunquam iratum se esse præ se ferebat. In primis autem, cum opus esset, maxime in eo eminebat lenitas et mansuetudo, adeo ut quam commodissime in eum dictum illud prudens Gregorii Theologi conveniret, severitas reverentia temperata sic fuit (2), ut altera ab altera non læderetur, sed utraque per alteram illustraretur.

## CAPUT XXXVII.

*Ut pacta conventa inter Persas et Romanos soluta sint.*

Verum enimvero primo Gregorii episcopatus anno Persarum, qui prius magnæ Armeniæ incolæ nominati fuerant, et Romanis paruerant, a Philippo autem, qui post Gordianum apud Romanos imperium obtinuit, Sapori Persarum regi ita proditi fuerant, ut Armenia quidem quæ minor dicitur,

ἀποδυσάμενος σκάμμασι, γεννικῶς τοῖς ανωτάτω βαρμοῖς; φλαυνεν, ἀρει τοῦ λούλου αὐτῷ καταβρέοντο. Τῆς δὲ τῶν Βυζαντιῶν πρῶτον μονῆς καθηγήσατο· ἐνθα τὸ καταρχὰς καὶ τὸν ἀσκειον βλον μετῆι. Μετέπειτα δὲ Ἰουστίνου κελεύοντος, τὴν ποιμαντικὴν τοῦ Σινᾶ ἐγγειρίζεται· ἦρου· ἐν τῷ πολιορκουμένῳ ὑπὸ τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων, οὐκ ἐλάχιστοις περιεπάρη κινδύνοις, ὡς καὶ εἰρήνης ἐκείνοις γενέσθαι πρῦτανιν· ἐν οἷς καὶ μεγάλ' ἄττα καταπραξάμενος, ἐκείθεν πρὸς τὴν ἱερὰν ἀντήχθη καθέδραν. Ψυχῆς δὲ καὶ γνώμης τυχὼν κρατίστης ἐφ' ἅπασι, πρὸς ὅπερ ἂν βέψσειεν, ἐξερραστικώτατος ἦν· ἡκιστα μὲν δίδει κατεπτηχῶς, δυναστείας δ' εὐγέρωτος εἶναι ὡς· εἰκεν, ἀληπτον ἑαυτὸν παρῆχεν. Ἐλευθέριος δὲ τις μάλα καὶ ἀφειδῆς ἦν, μεγαλοπρεπῶς τὰς διαδόσεις τῶν χρημάτων ποιούμενος· καὶ ἐς τόσον, ὡς καὶ δεῖσανδοποι ποτὲ πρῆναι παμπληθεῖς περιεπικοντο, καὶ τῶν μηδαμῶς αὐτῷ προστηκόντων, καὶ μὴδ' εἰωθότων. Καὶ ἄλλοι δ' ἐπισυνέρβρον πυθανόμενοι διείντα ἢ καὶ ὀρωντες· καὶ τὰ ἐς τὴν κοσμικὴν ἀρχὴν ἐν δευτέρῳ ἐτάττοντο τῆς εἰς τὸν ἀνδρα τιμῆς· ἐθελουσίως προθυμουμένων καὶ ὀρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ τὰ τυχόντα ὡς πικρὰ διομιλουμένῳ. Καὶ γὰρ ἦν ἱκανώτατος ταῖς ἀληθείαις ἀόρατον ἐνασπείρει πόθον τοῖς ὅπως δὴ πότε ἐνευγχανουσι. Τὴν τε θέαν ἀξιάγαστὸς τις, ἡδιστὸς τε λίαν προσφθέγγασθαι· καὶ εἴπερ τις νοῆσαι τε τὸ δῖον δεύτατος, πρᾶξαι τε ἐς τὰ μάλιστα προχειρότατος· βουλεύσαι δὲ βουλὴν καὶ ἄλλου πρᾶξαντος διαγνῶναι· ἐν τε τοῖς οὐκείοις καὶ θύραθεν ἐπιτήδειος. Διὰ τοι τοῦτο καὶ πολλὰ καὶ ἄριστα διεπράξατο, ἀφαις τὸ ἐσαυριον ἀναβάλλεσθαι. Κατέπληξε δὲ οὐ μόνον τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς τοῖς κοινοῖς χρώμενος πράγμασιν, εἰς ὅπερ ἂν ἡ χρῆσια καλοῖη καὶ ὁ καιρὸς ἀπαίτη· ἀλλὰ καὶ τοὺς Περσῶν ἡγεμόνας, ὡς ἐν καιρῷ μοι· λελέξεται. Ποικίλος ἐστὶς ἐτύγχανε· πῆ μὲν πολλῇ χρώμενος τῇ σφοδρότητι· ἐνόστο δὲ καὶ τὸ θυμῶδες ἐσηματιζέτο· ἐκ περιορισίας δ' ἦν αὐτῷ ἡνίκα δέοι τὸ πρᾶον κερρα μὲνον τῇ ἡμερότητι· ὡς ἐπ' αὐτῷ συνδραμεῖν προσφῶρος μάλα δ' αὐτῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ πεφιλοσόφηται, τὸ αὐστηρὸν αἰδῶν σύγκρατον, ὡς μὴδ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἐτέρου καταβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφοτέρω δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖν.

D

ΚΕΦΑΛ. ΑΖ'.

*Ὡς αὖ μετὰ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων σκοπδαὶ διελύοντο.*

Ἔτος δὲ Γρηγορίου τούτου πρῶτον ἀγοντος τῇ ἱεραρχίᾳ, Περσαρμένιοι, οἱ πρότερον τῆς μεγάλης Ἀρμενίας οἰκῆτριες ὠνυμάζοντο, καὶ Ῥωμαῖοις ἦσαν κατήκοι, πρὸς Φιλίππου δὲ δε μετὰ Γορδείαν Ῥωμαίων ἡρσε, Σκηπῶρη τῷ Περσῶν καταπρυνδόθησαν βασιλεῖ· καὶ ἡ μὲν Ῥωμαίοις ἐκρατήθη

(2) Evagr. lib. v, cap. 6.

μικρὰ Ἀρμενία ὀνομασθεῖσα· ἡ δὲ Πέρσαις καλεῖται Ἀ  
 ρμενία τὰ Χριστιανῶν ὡς ἔθο· προσειούσα· οὗτοι  
 τοίνυν οἱ Περσαρμένιοι κακῶς πρὸς Περσῶν πά-  
 σχοντες, καὶ μᾶλλον παρανομεῖν περὶ τὴν οἰκίαν  
 ἐκδιδάσκοντες νόμοισιν, κρύφα Ἰουστίνῳ διεπρεσβεύ-  
 οντο, αἰθὺς κατήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι δεόμενοι,  
 ὡς ἂν ἐπ' ἀλείας εἴη ὄρεῖν πραγμάτων ἄνευ τὰ εἰς  
 θεῶν ἐκ τῆς θρησκείας νομιζόμενα γέρα· προσηκα-  
 μένου δ' Ἰουστίνου τὴν δέξαι ἐπὶ τισὶ συνθήκαις  
 πρὸς τοῦ βασιλέως ἐγγυθεῖσαι, καὶ ὄρεοις ταύτας  
 σφοδρῶς ἐμπειρώσαντο, οἱ μὲν Περσαρμένιοι τοῦς  
 σφῶν ἄρχοντας διαχειρισάμενοι, τὸ δὲ λεγόμενον,  
 πασσοῦει τῇ Ῥωμαίων προτρωροῦσιν ἐπικρατεῖα·  
 καὶ τοῦς περικύκλω ὁμοθεῖς τε καὶ ἀλλοφύλους  
 ἐταιρισάμενοι, Οὐαρδαμανοῦ προὔχοντο· τούτοις  
 καὶ ἄγοντο, ἄνδρὸς γένει καὶ ἀξιώματι καὶ τῇ περὶ  
 τὰ πολέμια ἐμπειρικῇ στρατηγίᾳ ὑπερτεροῦντο·  
 Καὶ τοίνυν διὰ ταῦτα ἐπιγκαλῶν βασιλεὺς Χοσρόης,  
 ἀπόπεμπος ἦν, πεπεράνθαι λέγων τὰ τῆς εἰρήνης·  
 ἄλλως τε καὶ μὴ οἶδ' ἂν εἶναι Χριστιανῶν ἀνθρώ-  
 πων ὑπεροχῆν, καιρῷ περὶ ἀποδοῦσιν· εἰρήνης τοῖς  
 ὁμοφύλοις προσιδόντων. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα  
 καὶ τοιαῦτα λέγων, οὐ πρὸς μάχην παρασκευά-  
 ζετο· τῇ συνήθει δὲ σχολάζων τρυφῇ περιεβλεπτο,  
 ἐσῦτερα πάντα τῶν σφετέρων λογισμῶν τε καὶ ἡδονῶν  
 τιθέμενος. Ἄνδρα δὲ τινα συγγενῆ αὐτῷ οἱ  
 καθεστῶτα, Μαρκιανὸν ὄνομα, στρατηγὸν τῶν ἐφῶν  
 χειροτονήσας ταγμάτων ἐξέπεμπε, μήτε στρατὸν  
 ἀνέχοντα, μήτε παρασκευὴν ἀξιόλογον ἐχειρίσας  
 αὐτῷ· ὅς ἐστι προφανῆ κίνδυνον, καὶ τὸ δὲ λεγόμε-  
 νον, ἐπὶ καταστροφῇ τῆς ζωῆς, πρῶτον ἐπὶ τὴν Μέσην  
 ἐγεγόνει τῶν Ποταμῶν, βραχεῖς κομιδῇ στρατιωτικῆς  
 καὶ τούτους ὀπλων ἄνευ προσεπαγόμενος· πρὸς δὲ  
 σκοπεῖν· καὶ βραχεῖς τε καὶ βοηλάτας οὐς ὄθεν δὴ-  
 ποτε ἤρναντο. Καὶ δὴ συμβαλὼν Πέρσαις περὶ τὴν  
 Νισιδίαν, τὸ πλεῖον ὄθεν ἐσχρηκῶς· μήπω παρασκευα-  
 σμένων Περσῶν, τὴν πλεῖον περιεκάθητο. Οἱ δὲ  
 Πέρσαι ἐν καταφρονήματι τῆς ὄθεν περιφανοῦς  
 στρατηγίας οὐδ' ἀποκλείσαι τὰς πόλεις ἠέσχοντο·  
 αἰσχροτήτι δὲ μᾶλα καθύβριζον τὸ Ῥωμαίων στρα-  
 τήγημα. Τεράστια δὲ πλεῖστα τὰ ἐσόμενα δυσχερῆ  
 Ῥωμαίοις τηλικαῦτα τεθέατο προμηνύοντα· καὶ  
 βούς δ' ἀρτιγέννητος ὤφθη τῇ προσβολῇ τοῦ πολέ-  
 μου, ὃ δύο κεφαλὰι τοῦ τραχήλου ἠώρηνται.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ὅπως Χοσρόης, τὴν Ἐὼ ἐπιδραμῶν, φρουρίαν τε  
 εἶλε, καὶ πολλὰν λείαν περιβάλλετο.

Ἐπεὶ δ' ὁ Χοσρόης καλῶς τὰ πρὸς τὸν πόλεμον  
 ἐπὶ ἠρέσει, τὸν Οὐαρδαμανὴν μέχρι τινὸς διελά-  
 σασ, καὶ τὸν Εὐφράτην ἀπὸ τὴν σφετέρων διαδιδά-  
 σασ γῆν, διὰ τοῦ καλουμένου Κιρκησίου ἐς τὴν  
 Ῥωμαίων ἤπειν γῆν. Ἔστι δὲ τὸ Κιρκησίον τοῦτο  
 πολὺ γῆνι τι λίαν ἐπικρατέατον, πρὸς τῷ τέρματι  
 τῆς Ῥωμαίων κείμενον γῆς· ὄχυρόν δὲ τὰ μάλιστα  
 ἐστὶ, τεῖχη στερέωτατα περιβεβλημένον, καὶ ἐς πολὺ  
 τι ὕψος ἀερόμενα. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ποταμὸς Εὐφρά-

Romanis subdita maneret, major autem Christiano-  
 rum sacra moribus colens Persis sit tradita: Persar-  
 menii, inquam, isti, quod graviter a Persis  
 affigerentur, legesque suas transgredi vi compel-  
 lerentur, clam ad Justinum oratores miserunt, ut  
 sub ditionem Romanorum reciperentur precantes,  
 quo libere absque molestia sacros ritus, pro reli-  
 gionis consuetudine, Deo peragere possent. Justi-  
 nus preces eorum comprobavit, pactis conventis  
 quibusdam ab ipso interpositis, 797 quæ etiam  
 jurejurando confirmavit. Itaque Persarmenii magi-  
 stratibus suis interfectis, omnino, quod dicitur, uni-  
 versi sese Romanorum imperio commiserunt, in  
 societatem suam finitimis ejusdem gentis populis,  
 atque itidem alienis pertractis. Apud quos Arda-  
 manes principem locum habuit, vir genere et di-  
 gnitate, nec non bellicis et imperatoriis artibus  
 præstans. Hac vero de causa cum Chosroes impe-  
 ratorem incusaret, talis ab eo responsum tulit:  
 finem suum pacis pacta conventa habere: insuper  
 autem fieri haudquaquam posse, ut Christianos,  
 pacis finitæ tempore, ad populares suos confugien-  
 tes ipse non reciperet. Hæc quidem ille, atque his  
 similia alia respondit: et quamvis talia diceret,  
 minime tamen se ad bellum instruxit, sed otio so-  
 lito deditus, deliciis diffluxit, post rationes et vo-  
 luptates suas omnia habens. Virum autem quem-  
 dam genere sibi propinquum, Marianum nomine,  
 Orientalium copiarum ducem designatum, adversus  
 Persas misit, neque exercitu justo, neque apparatu  
 belli alio satis instructum. Ille cum manifesto pe-  
 riculo, et quod dicitur, cum ipsius Orientis ever-  
 sione, in Mesopotamiam primum est profectus,  
 paucos admodum milites eosque inermes secum  
 ducens: ad quos accedebant fossores et sarctores,  
 et boni actores undequaque coacti. Et cum Per-  
 sis apud Nisibim levi certamine congressus, cum  
 meliore loco res ejus essent, Persis nondum satis  
 paratis, urbem eam obsidere quam hostes persequi  
 maluit. Oppidani porro propter tam splendidum  
 scilicet belli apparatus contemptum portas non-  
 clausurunt, sed sædissima etiam in Romanum exer-  
 citum convicia jecerunt. Plurima vero prodigia,  
 Romanorum futuras clades portendentia, tum visa  
 sunt: et bos recens genitus in initio belli conspec-  
 tus est, ex cujus cervice duo capita eminebant.

## 798 CAPUT XXXVIII.

Ut Chosroes, incursione in Orientale imperium facta,  
 et castella cepit, et prædam multam abduxerit.

Posteaquam autem Chosroes se ad bellum probe-  
 instruxit, Ardaamanem aliquatenus productum,  
 Euphratem in regno suo transmittere, et per Cir-  
 cesium (quod dicitur) in Romanorum ditionem ex-  
 currere jussit. Est autem Circesium oppidum com-  
 modissimum et munitissimum, ad fines Romano-  
 rum imperii situm. Muro namque firmissimo atque  
 altissimo circumdatum est. Quin et Euphrates et  
 Aboras fluvii id circumfluentes, et in insulae formam

redigentes, inexpugnabile efficiunt. Ipse autem cum A copiis suis, Tigri amne trajecto, magnis itineribus celeriter ad Nisibim venit: quæ, sicuti dictum est, a Marciano obsidebatur. Hæc ita a Persis agi Romani ignorabant: usque adeo, ut Justinus multorum sermonibus deceptus, qui Chosroem jam mortuum esse, aut non longe a morte abesse nuntiabant, Marciano valde succenseret, quod Nisibis expugnationem protraheret: ad quem etiam quosdam misit, qui illum ad claves portarum quam celerrime afferendas excitarent. Ut autem res minus ex sententia successit, et Justinus risu et probro se dignum exhibuit, qui apud talem et tantam urbem, quæ efficere nequiret, conaretur, ad quam scilicet tam exiguus exercitus assidebat: res ea primum Gregorio Theopolis antistiti ab episcopo Nisibeno renuntiata est. Erat enim is Gregorio, a quo pecuniam ingentem acceperat, amicus quam maxime. Et dabat præterea operam, ut urbs ea propter ærumnas, quas a Persis patiebatur, in potestatem Romanorum rediret. Itaque is Gregorio quæ in Perside gererentur, suo quæque tempore insinuando, significabat. Ea porro ad Justinum Gregorius scribebat, de subita etiam Chosroæ expeditione certiores eum faciens. Atque ille more suo deliciis et luxuriæ deditus, fidem habere episcopi scriptis supersedit, ea quæ cupiebat geri etiam ratus. In hominibus namque molliter et dissolute viventibus, ad ignaviam et socordiam gloriosa audacia accedere solet. Neque illi eventis rerum fidem habent, si alium, quam ipsi volunt, exitum consequantur. 799 Justinus ergo Gregorio rescribens, ea quæ is renuntiasset, tanquam falsa omnino essent, rejiciebat. Atque ut etiam vera essent, Persas tamen urbis expugnationem non præventuros esse. Quin etiamsi prævenirent, eos tamen inde sæde atque turpiter repulsum iri dicebat. Et Acacium quemdam delectum, virum protervum, confusionem plane dicas, ad Marcianum misit, cum ejusmodi mandato, ut etiamsi Marcianus urbem cepisset, et pedem alterum in ea posuisset, dignitate statim deponeret, eamque ipse Acacius sumeret. Quod sane is fecit, imperatoris jussa non ex illius commodo exsecutus. Postquam enim eo venit, Marcianum illico in hostili terra dignitate privavit, re ea militibus non renuntiata. Sedenim qui in exercitu ordines ducebant, ubi ducem magistratum deposuisse cognoverunt, ulterius perseverare in castris nequaquam voluere: sed paulatim hinc et inde palantes diffugere, ridicula illa obsidione soluta. At Vadaarmanes copias secum martem spirantes, non solum ex Persis, sed etiam barbaris qui Scenitæ dicuntur, delectas duces, Circesio præterito, quam plurimum Romanorum rebus intulit detrimenti. Ferro namque et igne pleraque loca vastans, neque moderatum quidquam, propter defensorum solitudinem, vel cogitans vel faciens, non pauca castella cepit. Et quod ibi nemo cum imperio esset, tum autem quod

της καὶ Ἀβόρας περικύκλω βρόντες, καὶ ὡς περ τοῦτο ἀπονησοῦντες, ἀμυχον ἀπεργάζονται. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν τὴν Τίγρητα διαβάς ποταμὸν, ὅσον τάχος ἐλαύνων ἐπὶ τὴν Νίσιβιν ἔκειν, ὑπὸ Μαρκιανῷ πολιορκουμένην, ὡς εἶρηται. Ἐλάνθανε ταῦτα Ῥωμαίους Πέρσας πραττόμενα, ὡς καὶ Ἰουστίνον, τῇ τῶν πολλῶν ἀπατώμενον φήμη ὡς ἤδη θάνοι Κοσρόης, ἣ ἐγγὺς εἶναι ἀποθανεῖν, ἀσχάλλειν σφόδρα κατὰ Μαρκιανοῦ, οἷς ἐβράδυνε μὴ ἐκπολιορκήσας τὴν Νίσιβιν· πέμψαι δὲ τινὰς ἐκεῖνον διερεθίσοντας, ὥστε καὶ τὰς τῶν πυλῶν κλειῖς ὡς τάχιστα ἀγαγεῖν. Ὅς δὲ οὐ κατὰ σκοπὸν τὰ πράγματα προῦβαινε, πολλὴν δὲ καὶ ἀσχύνην ὄφλην, ὡς περ ἀμήχανα ζητῶν ἐπὶ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ πόλει, καὶ ταῦτα στρατῶ πάμπαν ἐξουθενημένῳ παρακαθημένῳ, ἀγγέλλεται τὰ πραττόμενα πρώτα μὲν Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλειῳ παρὰ τοῦ ἐπιτοκτοῦ Νισιβηνῶν· ἦν γὰρ οἱ φίλος μάλιστα, Γρηγορίῳ μεγάλους χρήμασι δεξιωθείς· ἄλλως τε καὶ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενέσθαι σπεύδοντος τὴν οἰκίαν πόλιν· οἷς κακῶς πρὸς Περσῶν ἔπασχε, τὴν τῶν πραττομένων τῇ ὑπερορίᾳ διελθῶν τῷ Γρηγορίῳ παρείχτο, ἰγκαίρωσ παριστάς ἕκαστα· ἃ δὴ πάντα Ἰουστίνῳ ἰδὲ ἴλου, μνηστὸν καὶ τὴν ἐξάπινα Κοσρόου ἐφοδον. Ὅ δὲ τῇ ἐξ ἔθους τρυφῇ καὶ ἡδουπαθείᾳ σχολάζων, ἥκιστα πιστεύειν ἤρετο τοῖς γεγραμμένοις τῷ ἱερεῖ, ἐκεῖνο οἰόμενος, ὅπερ ἠδοῦλετο. Τοῖς γὰρ σφόδρα ἐκδεδιητημένοις τῶν ἀνθρώπων πρὸς τῷ ἀγενεῖ καὶ τὸ θράσος φιλεῖ ἔπεσθαι· καὶ τὰς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεις πάμπαν διαπιστεῖν, εἰ γε τύχοιεν κατέναντι τῶν θελήσεων φέρεσθαι. Καὶ ἀντιγράφων Γρηγορίῳ ὡς οὐκ ἀληθῆ παντάπασιν εἶεν τὰ εἰρημένα, ἀπεωθείτο· εἰ δὲ γε καὶ ἀληθῆ, ἀλλ' οὐ φθαῖεν Πέρσαι τὴν πολιορκίαν· εἰ δὲ γε καὶ φθαῖεν, ἀλλὰ κακῶς καὶ ἀσχυρῶς ἐκεῖθεν ἀπαλλάγεται. Καὶ δὴ τινὰ ἐκλεξάμενος Ἀκάκιον Ἰνομα, ἄνδρα ὑβριστὴν καὶ ἀντικρυς σύγχυσιν, καὶ παρὶ Μαρκιανὸν πέμψας, ἐνεκελεύετο ὡς καὶ εἴπερ καὶ τὸ ἄστυ εἴλε, καὶ ὀάτερον τοῖν ποδοῖν ἐκεῖνῳ ἐνέβαλλεν, αὐτίκα τε τῆς ἀρχῆς αὐτὸν παραλύσαι, καὶ τύττην αὐτῷ περιθεῖναι. Ὅ δὴ καὶ πέπραχεν, οὐκ ἐπὶ τὸ συνοῖστον τὰ τῷ βασιλεῖ κεκελευσμένα τελέσας. Ἐπεὶ γὰρ ἔκει, Μαρκιανὸν εὐθύς ὑπερβρίον ἐποιεῖτο, μὴ τι τῷ στρατῷ διαγγείλας. Οἱ δὲ τοῦ στρατοῦ τὰ πρώτα φερόμενοι, ἐπεὶ μάθαιεν τὸν στρατηγὸν τῆς ἀρχῆς πεπαυμένον, πρῶτον μὲν ἵνα οὐδαμῶς ἤθελον· κατολίγον δὲ σποράδες φεύγοντες ἀνεχώρουν, τὴν καταγέλαστον πολιορκίαν λύσαντες. Οὐαδααρμάνης δὲ ἄρην πνέοντα στρατὸν ἐπαγόμενος, οὐ Περσῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων οἱ Σκηνηταὶ καλοῦνται, τὸ Κιρκήσιον παραμείδων ὡς πλείστον, τοῖς Ῥωμαίοις διελυμμένα· πράγμασι. Καὶ τὸ μὲν καιὼν, τὸ δὲ καὶ κτιννῶς, καὶ μηδὲν μέριον διανοούμενος ἢ πράττων κατὰ πολλὴν ἤδη τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν, οὐκ ἐλάχιστα φρούρια εἴλε· καὶ τὸ μὲν οὐδὲ ἤρχεν· ἔπειτα καὶ τῶν ὀφειδόντων μάχεσθαι κατὰ τὸ ἄδρας φρούριον ἀποκεκλεισμένων, ἐπ' ἀδείας ποιεῖν ὁ βούλεται προῦκτειτο. Ἐκεῖθεν δ' ἀπάρας, τῇ Θεουπόλει προσέβλεπε, πέμψας

πλείστου τῶν ἀμφ' αὐτὸν, οὐ παραγενόμενος· οἱ καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀπόσθησαν, οὐδενὸς ἔνδον ἐναπολειφθέντος, πλὴν ὀλίγων τινῶν κομιδῆ καὶ εὐαριθμῶν. Ἀπίδρα δὲ καὶ ὁ Ιερεύς, τὰ τροχόντα ἱερὰ ὑπεξαγαγόν, ὅτι περ καὶ τὸ πλείστον τοῦ τεύχους διεβρώχως ἦν. Ὑπανίστατο δὲ καὶ ὁ δῆμος νεωτερίζειν ἐπιχειρῶν, ὡς περ εἰώθει τοῖς τοιοῦτοις κειροῖς γίγνεσθαι. Πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ αὐτοὶ φύγην μελετήσαντες, ἐρήμην τὴν πόλιν καταλελοιπίσιν, οὐδενὸς ὄλως ἀντιστῆναι ἢ ἐπιτεχνήσασθαι τὴν ἐπιχειρήσαντος. Ὡς δ' οὖν Οὐαδααρμάνης ἀπεκρούσθη παῖραν προσαγαγόν, πῦρ ἐμβαλὼν τῇ πάλαι μὲν Ἡρακλείᾳ, ὕστερον δὲ ὄνομα σχοῦση Γαγαλικῇ, Σελευκειᾷ προσέρχεται, ἦν Νικάνωρ ὁ Σέλευκος συνεστήσατο, εὐδαίμονα μὲν τὰ πρῶτα καὶ πολυάνθρωπον οὖσαν, χρόνῳ δὲ διαβρῦεσαν, καὶ ἐς ὀλίγον συσπειραθείσαν. Καὶ ἐπεὶ ἀντικαθίστασθαι οὐχ οἷα τε ἦν, συμβάσει τινὶ ταύτης ἔνδον ἐγένετο παρὰ τὰ συγκείμενα διαπεπραγμένους· καὶ πᾶσαν ἔρδην τὴν πόλιν ἐξανδραποδισάμενος ἔφρατο, καὶ τὰ περίεξ αὐτῆς ληϊσάμενος· ἐν οἷς καὶ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ καθεστῶτα ζωγράφος ἔλιον κατείχε. Πάνδεινα δὲ καὶ τῇ ἀποτροφῇ διεργάσατο, οὐδενὸς ἀντιπράττοντος, πλὴν ὀλίγων κομιδῆ στρατιωτῶν πρὸς τοῦ βασιλέως σταλέντων, οὓς Μάγνος ἤγε, πρότερον μὲν ἀργυρῆς τραπέζης προσοικῶς κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως πύλιν, ἐς ὕστερον δὲ καὶ μίξας τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν τὴν ἐπιτροπὴν ἐλίχερος· οἱ προτροπάδην ἐφευγον, μικροῦ δορυάλωτοι γεγονότες. Καὶ ταῦτα διαπραξάμενος Οὐαδααρμάνης, τὸν Χοσρόην κατελιπέει μὴ πω τὴν πόλιν ἔλδοντα· ῥοπή δ' ἔκαίνψα μεγάλη ἐγένετο προσίω. Τό τε γὰρ οἰκιστὸν ἄπαν ἀνεθάρρησε, τό τε ἀντίπαλον κατεπλάγη. Καὶ τὴν μὲν πόλιν ἀποτειχισθείσαν εὐρίσκει, καὶ ἡοῦν ἀγχιεστὰ ταύτης ἠθροισμένον πολύν· αἱ δ' ἐλεπόεις καθίσταντο, καὶ μάλιστα καταπέλται, ἃς μηχανὰς λιθοδόλους τῷ πλήθει καλεῖν σύνθηες· δι' ὧν καὶ ἡ πόλις ὡρᾷ χειμῶνος Χοσρόη ἐάλω, Ἰωάννου τοῦ παιδὸς Τιμοστράτου αὐτῆς ἄρχοντος, οὐδαμῶς ἐν φροντίδι τὴν πολιορκίαν ποιησαμένου, μᾶλλον δὲ καὶ καταπροδόντος. Καὶ τοῦτο γὰρ τριηκῶτα διατεθρύλληται. Πέμπτον δὲ μῆνα καὶ μικρόν τι πρὸς προσεδρεύσεως τῷ ἄστει, εἶλε μηδενὸς ἀμύνοτος. Καὶ τοίνυν πάντας ἐξαγαγόν, πλῆθος ἀστάθμητον, καὶ τοὺς μὲν μαχαίρας ἔργον πεποιτικῶς, τοὺς δὲ ζωγράφους φυλάξας, τὴν μὲν πόλιν οἷα ἐπικαιρὸν γε οὖσαν, φρουρὰν ἐμβαλὼν κατέσχευ· αὐτὸς δὲ γαυριῶν τῷ τροπαίῳ, ἀνεχώρει ἐπ' οἴκου.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΘ΄.

Ὡς ἀμέτρῳ λύπῃ σχεθεὶς Ἰουστίνος, φροντίδι περιέπιπτε νόσῳ· ὑπὸ Τιβερίῳ δὲ τὰ πράγματα ἤγετο· καὶ ὡς τέχνη τὸν Χοσρόην μετελθών, εἰρήνην ἔπραττεν ὁ Τιβέριος.

Τούτω μαθὼν Ἰουστίνος, καὶ μηδὲν ὑγιᾶς ἢ φρονήσεως διανοησάμενος, οὐδὲ ἀνθρωπίνως τὸ συμβῆναι

(1) Evagr. Aramem habel, et Nicanoris Seleucum.

A Romani propugnatores in castello Daras a Chosroë clausi forent, faciendum sibi libere quod vellet statuit. Castris autem inde motis, Theopoli animum adjecit: et partem copiarum maximam, ipse non profectus, eo misit, quæ spe sua falsæ. et ab urbe ea sunt rejectæ, propterea quod nulli in ea, aut sane quam pauci cives mansissent. Profugerat vero etiam episcopus ipse, et sacra secum vasa et donaria extulerat. Nam et magna muri pars corruerat: et plebs novarum rerum studio, sicuti ejusemodi temporibus accidere solet, tumultum moverat: et tandem desertam relinquens urbem, inde excesserat, nemine prorsus hostibus resistere aut obviam ire conante. Vadaarmanes postquam voto suo et Theopolis direptione excidit, ignem olim quidem Hæraclæe, 800 postea autem Gagalicæ dictæ urbi injecit, et ad Seleuciam (1), quam Nicanor Seleucus condidit, locupletem quidem illam primum et populosam, postea vero tempore collapsam, et ad paucitatem redactam, progressus est. Hæc cum resistere illi non posset, pacto quodam interveniente, in eam est receptus. Ubi sane præter conventa multa egit, et civitate direpta, vicinis quoque locis circumcirca dispoliatis, inde abiit. In præda reliqua et episcopum et magistratum urbis summum cepit. Nec pauciores in reditu ille clades Romanæ dittoni intulit, nemine videlicet prohibente, præter paucos admodum milites, qui ab imperatore missi fuerant. Horum ductor Magnus erat, qui antea argentariæ mensæ in urbe imperante præfuerat, postea autem unius ex imperialibus ædibus curam susceperat. Hi cum terga vertentes fugerent, parum absuit quin ab hostibus sint excepti. Hisce rebus confectis, Vadaarmanes Chosroem nondum urbem quam obsidebat cepisse reperit. Magnum autem adveniens illi attulit momentum, quod cum suis animum addidit, tum hostes plurimum exterruit. Invenit urbem muro nudatam, et aggerem ingentem prope illam factum. Helepolcs exstructæ stabant, et catapultæ, quas vulgus machinas seu tormenta, saxa ex edito loco jacentia, vocare consuevit, quibus urbem hiemis tempore Chosroes in potestatem suam redegit. Cui Joannes Timostrati filius præfuit. Hic ejus obsidionem non admodum curavit, seu urbem potius ipsam prodidit. Nam et hoc tum sermonibus ita jactatum est. Obsedit eam Chosroes mensibus quinque et aliquot insuper diebus, cepitque, nemine prope propugnante. Et civibus ex urbe multitudine varia ductis, partim eos ferro concidit, partim vivos in captivitate servavit. Urbem ipsam, utpote opportunam et commodam, præsidio imposito retinuit: ipse vero tropæo eo superbus, domum est reversus.

## 801 CAPUT XXXIX.

Ut Justinus, immenso dolore correptus, in morbum phrenitidem incidit, et Tiberius rempublicam administraverit. Et ut arte quadam Chosroem aggressus Tiberius, pacem cum eo fecerit.

Ea re Justinus cognita, nihil prorsus recte aut prudenter mente agilians, neque casum talem

humaniter ferens, in phrenitidis morbum et insaniam incidit, ita ut nihil quidquam earum rerum quæ fierent, intelligeret. Imperium autem a Tiberio administrari cœptum, qui honorem præcipuum Justinus acceptum ferebat, ex Thracia oriundus. Hunc pridem Justinus cum plurimis militarium copiarum millibus adversus Abares miserat: et captus ille statim in prima congressione ab eis fuisset, militibus ejus nequaquam barbarorum conspectum sustinentibus, nisi eum divina providentia inde ereptum, Romanorum imperio manifesto conservasset. Quod sane imperium ad id discrimen pervenerat, metuendum ut esset, ne Justinus præter rationem omnem susceptis actionibus, una cum republica corrueret, et in barbarorum potestatem perveniret. Cum igitur Justinus tam graviter morbo affectus esset, neque quidquam earum quæ agerentur rerum animadverteret, Tiberius consilium commodum, rebusque presentibus opportunum admodum cepit, quo casum ei errorem omnem correxit. Trajanum enim, virum præclarum ex senatu, canitie et prudentia multos antecellentem, ad Chosroem mittit: et legationem non imperii aut reipublicæ, sed solius Sophiæ Augustæ Justinus conjugis nomine, ad Chosroem instituit. Cujus etiam litteræ ad eum regem scriptæ sunt, quibus illa æruam casumque mariti et reipublicam principe carentem deplorabat: nequaquam decorum esse addens, illum viduæ mulieri, et principi jacenti reipublicæque perturbatæ insultare. Nam et ipsum aliquando ægrotantem non solum in persimilem casum incidisse, verum etiam præclarissimos quosque medicos ex ditione Romana ad eum missos venisse, qui arte sua et cura debita agritudinem illius dispulissent. Legatione tali audita Chosroes flexus est: et cum in animo habuisset, primo quoque tempore expeditionem in Romanorum terram suscipere, triennales tamen inducias Orientis partibus concessit: ita ut nihilominus Armeniam, quæ bellum adversus eum parasset, nemine res Orientales turbante, aggredieretur. Porro rebus Orientis in eum statum adductis, Sirmium a barbaris captum est, quod Gepides dudum tenuerant et Justinus donaverant, sua sponte inde abecedentes.

### 802 CAPUT XL.

*Ut Justinus Tiberium in imperio sibi substituerit: et quæ ad eum moriens de imperii administratione verba fecerit.*

Interca Tiberius Sophiæ instinctu Cæsar a Justinus, qui meliuscule morbo remittente habebat, declaratur. Cæterum coronam imperatoriam ei impositurus, ea verba diserte ad eum est prolocutus, quæ historiam omnem veterem et novam longe excellunt. Cum namque Justinus commode per diducidum intervallum scilicet compos mentis esset, adque divina providentia, ut simul et peccata erataque ipse sua proferret, et in reipublicam ordinem meliorem inferret: cumque omnes, atque æque etiam Joannes sacrorum antistes, cuius antea æminimus, cum sacerdotibus suis in hypæthro, sive subditi imperialis aulae palatio, congregati

ἀνατλά, ἐς φρενίτιδα νόσον καὶ μανίαν ἐπίπτει· καὶ τῶν γενομένων οὐδὲν τι τὸ παράπαν συνίει· τὰ δὲ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Τιβερίῳ διρκαίτο· ὃς τὰ πρῶτα Ἰουστίνῳ φερόμενος, ἐκ Θράκης μὲν ὤρμητο· πολλαὶ δὲ στρατοῦ μυριάδι κατὰ τῶν Ἀδάρων πρώην ἐπέμπτο. Καὶ ἤλω ἂν ἐκαίνοις εὐθύς προσδάλων, τῶν περὶ αὐτὸν μηδαμῶς, πρὸς τὴν θεὰν ὑπενεγκόντων, εἰ μὴ Θεῶ πρόνοια ἐκαίθεν ἀρπάσασα, τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ τοῦτον σαφῶς διετήρησε, κινδυνούσῃ τὰ ἴσχατα τοῖς Ἰουστίνῳ παραλόγους ἔργοις διαβρῦσθαι, σύναμα τῷ πολιτεύματι, καὶ τοῖς βαρβάρους τῆς τοσαύτης ἀρχῆς ἐκστῆναι. Καὶ τοῖνον Τιβέριος· οὕτως ἀθλίως Ἰουστίνῳ διακειμένῳ, καὶ μηδὲν τῶν πραττομένων ἐπαιθανομένῳ, βουλήν πρόσφερον τοῖς πράγμασιν ἐπικαιροτάτην βουλευέται, ἣ τὸ πᾶν ἐπηνώρθωσε πταίσμα. Τραϊανὸν γὰρ τινα λόγιον ἄνδρα τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐς τὰ μάλιστα ὄντα, πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμπε, πολιτῆ καὶ συνέσει τῶν πολλῶν διαφέροντα. Ἀνήγε δὲ τὴν πρεσβειαν οὐκ ἐκ τῆς βασιλείας ἢ καὶ τοῦ πολιτεύματος τῷ Χοσρόῃ, ὑπὲρ δὲ Σοφίας μόνῃ τῆς βασιλίδος, τῆς γαμετῆς Ἰουστίνου· ἥς καὶ γράμματα ἐπέφεροτο πρὸς Χοσρόην, τὰς συμφορὰς ὀλοφυρομένης καὶ τὸ τοῦ πολιτεύματος ἐναρχον· καὶ μὴ δέον ἂν χήρῃ γυναικὶ βασιλεῖ τε κειμένῳ καὶ πολιτεῖ συγκειχυμένη ἐπεμβαίνειν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν νοσήσαντα, ἐπίσης ἡμᾶς ἐκείνῳ πάλαι γενέσθαι· καὶ τοὺς ἐπισήμους τῶν ἱατρῶν καὶ τῆς πολιτείας παρ' ἐκείνου ἔλθειν, οἳ δὴ τέχῃ καὶ τῇ προσηκούσῃ ἐπιμελεῖ τὴν ἐκείνου νόσον ἀπήλασαν. Ταῦτ' ἀκούσας Χοσρόης, κειθίνος ἦν· καὶ δὴ πρὸς νοῦν ἔχων τοῖς Ῥωμαίων ἐπιθήσεσθαι πράγμασιν, ἀναβολὴν ἐς τριετίαν ἀπεχάριζετο τοῖς ἔφωις μέρεσι· δόξαν Ἀρμενίαν ἐπελθεῖν, ὡς ἂν αὐτοῦ πολεμῆν, μηδενὸς τὰ ἔφα παρενοχλοῦντος. Τῶν δ' ἔφων οὕτω Ῥωμαῖοις ἐχόντων, τὸ Σέρμιον πρὸς τῶν βαρβάρων ἔαλω· ὃ Γήπεδες μὲν πρώην ἐκράτου, Ἰουστίνῳ δ' ἀπεχάριζοντο, ἐκόντες ἐκαίθεν ἀναχωροῦντες.

### ΚΕΦΑΛΑ. Μ'.

*Ὡς Ἰουστίνος Τιβέριον εἰς τὴν ἀρχὴν προσέδιδετο· καὶ ὅσα ἐνευθέτει αὐτῷ τελευτῶν.*

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Τιβέριος Σοφίᾳ ταῖς εἰσηγήσεις Καίσαρ πρὸς Ἰουστίνου ἀναγορεύεται, μικρὴν τῆς νόσου ῥάισαντος. Μέλλων δὲ αὐτῷ τὸν βασιλικὸν στέφανον περιτίθεσθαι, τοιάδε πρὸς αὐτὸν διαβρῦσθαι ἀνείπεν, ἃ πᾶσαν ἱστορίαν παλαιὰν τε καὶ νέαν ὑπερχόντιζεν, ἐν εὐθέτῳ γενομένου τοῦ Ἰουστίνου Θεοῦ προνοίᾳ, ὥστε καὶ τὰς ἐκαίνοις ἐξαιπεῖν ἀμαρτίδας, καὶ τῷ πολιτεύματι εἰσηγήσεσθαι τὰ χρηστότερα. Πάντων γὰρ καὶ τοῦ τὴν ἱεραρχικὴν καθέδραν διέποντος Ἰωάννου, οὗ καὶ πρόσθεν μνείαν ἐποίησάμην, σὺν ταῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐν τῇ ὑπαίθρῳ τῶν ἀνακτόρων συναλισθέντιον, ἔνθα θέμι· τὰ τοιαῦτα τελεῖσθαι, τὸν βασιλικὸν ἀράμενος στέφανον, καὶ

τὴν πορφύραν χλαῖναν· καὶ μέλλων ταῦτα περιτι-  
 θῆναι τῷ Τιβερίῳ, κήμητι ὄντι τῶν ἐξκουβίτων τῷ  
 πρότερον, τοιάδε παρήγορα ἔειπε· « Μὴ σε, ὦ  
 βέλτιστε, τῆς φαντασίας ἢ σκηνῆ καὶ ἡ ἀμπεσχόνη  
 πλανᾶτω· οἷς καὶ αὐτὸς οὐκ εἰς δέον παρασυστρίψαι,  
 ἔλαθον ἑμαυτὸν ταῖς ἐσχάταις ποιναῖς ὑπεύθυνον  
 καταστήσας. Σοὶ δὲ μελήσει καὶ τὰς ἐμὰς ἀμαρτάν-  
 δας ἐπανορθοῦν. Ἐπανορθώσεις δὲ, καλῶς τε ἄμα  
 καὶ εὐπειθῶ, διεξίγων τὴν πολιτείαν. Μὴ παντά-  
 πασι δὲ τοῦτοις αἰροῦ πειθεσθαι (τοῦς ἀρχοντας  
 ὑποδεικνύς)· καὶ γὰρ αὐτοὶ με οἷς ὄρᾳς δεινοῖς πε-  
 ράβδalon. » Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα ἐπήγγεν, ἃ δὴ πρὸς  
 κατὰ πλῆξιν καὶ θαυμάσιον κρουνοῦς παρεκίνησεν.  
 Ὑστερον δὲ πάντων ἐπήγαγε· « Τίμησον τὸν Θεὸν  
 καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν πάλαι μὲν σὴν  
 κυρίαν καὶ δέσποιναν, νῦν δὲ σου μητέρα. Οἱ ἔχον-  
 τες οὐσίαν ἐχέτωσαν· οἷς μὴ πρόσσεσι, δώρησι.  
 Ὅσπερ δὲ σαυτῷ, οὕτω καὶ πᾶσι πρότερον. Γινώθι  
 δὲ τίς ἦσθα, καὶ τίς νῦν σήμερον εἶ. Εἰ δ' ἀμαρτάν-  
 νειν οὐ βούλει, μὴ υπερηφάνως διάκεισο. Σὺ γὰρ  
 ὄρᾳς τίς ἐγὼ πρὸ μικροῦ καὶ τί νῦν εἰμι σήμερον.  
 Ἀγάπα πρὸ πάντων τοὺς πένθησας· καὶ ἐλεημοσύναι  
 μὴ ἐκλειπέτωσαν ἀπὸ σοῦ. » Γεγεννημένης δ' εὐχῆς  
 ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ὁ Τιβερίος ὑπὸ τοὺς πόδας τῷ  
 βασιλεῖ ἔρριπτο. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη· « Ἐὰν θέ-  
 λῃς, εἰμὶ· ἐὰν θέλῃς, οὐκ εἰμὶ· ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας  
 τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πάντα ὅσα ἐπελαθόμεν  
 εἰπαίν σοι, αὐτὸς εἰς τὴν σὴν καρδίαν ἐπεμβαλεῖ,  
 στηρίζων καὶ στοιχειῶν σε τῷ ἀγνωστῷ φόβῳ αὐ-  
 τοῦ, δὲ οὐ σύμπαν σοι κατορθωθείη τῶν ἀγαθῶν. »  
 Ἐπ' ἔτη δὲ τέσσαρα συνδιαγαγὼν Τιβερίῳ Ἰουστι-  
 νος ὁ νέος ἐκλείπει τὸ ζῆν, ἱεὺ μὲν καθ' ἑαυτὸν τὴν  
 ἀρχὴν διοικήσας· σὺν μηνὶ δέκα πρὸς τῷ ἡμίσει,  
 καὶ ἕτερα τέσσαρα μετὰ Τιβερίου, μηνὸς δέοντος·  
 ὡς εἶναι τὰ πάντα ἔτη ἰς' πρὸς· μηνὸν ἐννέα καὶ  
 ἡμισυ. Οὗτος ὁ Ἰουστίνος, ὅσα ὁ Ἰουστιανὸς ἐφοδο-  
 μησε φιλοτιμῶς διατεθείς, προσθήκαις καὶ ἀναθή-  
 μασι κατεκάλλυε, καὶ κειμηλίοις πολλοῖς· πεσόντα  
 δὲ καὶ τὸν θρονον τοῦ μεγάλου νεῶ, ἐπὶ ἰε' πῆχεις  
 ἀνοψώσας, πρὸς τὸ εὐπρεπέστερον μετεσκεύασεν, ἐς  
 ὅσον ὄραται τὴν σήμερον. Εὐσεβέστατος δὲ ὢν, λίαν  
 τὸν βίον ἐκδεδιγημένως ἐτύχχανεν. Περιέχει δὲ καὶ  
 ἡ παρούσα ἐπτακαίδεκάτη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον  
 ἑτῶν τεττάρων πρὸς τοῖς· ἐξήκοντα σὺν μηνὶ ὀκτώ-  
 ὀπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ζ' ἐνενηχοστὸν ὄγδοον,  
 ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως ψ' τρίτον  
 καὶ ἐνενηχοστὸν ἐπαινεῖτο.

Liber hic historiariū decimus septimus tempus  
 cum ab orbe condito sexies millesimus nonagesimus octavus, a divina autem Domini nātivitate  
 quingentesimus nonagesimus tertius ageretur annus.

(1) Computatio annorum istorum cum aliis chroni-  
 cis scriptoribus non concordat. Secundum quos-

dam enim obitus Justini in annum Domini 582,  
 secundum alios in 575 incidit.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

## ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΗ΄.

# NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

## ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XVIII.

### 808 CAPUT I.

*De imperatoris Tiberii imperio, qua imperiali dignitate et magnificentia fuerit.*

Suscepta imperii administratione Tiberius ad partes omnes reipublicæ se convertit, ut cum disciplinam rectissime civilem restitueret, tum bellicis expeditionibus commodissime omnem Romani imperii dittonem recuperaret et constitueret. Fuit autem Tiberius procera corporis statura et vultu non solum inter principes viros, verum etiam omnes prope homines decentissimo. Ita ut forma quidem imperio dignus, animo autem placidus esset, et qui humanitate et misericordia quam maxime gauderet, ipso solum aspectu, ut ita dicam, omnes ad se invitans atque alliciens. Eas autem divitias et copias amplas sibi esse putabat, si prolixè non solum ad necessitatem, sed etiam ad abundantiam aliis largiretur. Nec ille respiciebat quid recipere petentem oporteret, sed quid imperatorem Romanorum dare deceret. Quod si auri quidquam ad eum perveniebat, violenter cum subditorum lacrymis collectum, adulterinum id et rubigine obductum esse existimabat. Proinde civibus dittonis suæ omnibus annum etiam tributum remisit : 809 et quocumque agros Vadaarmanes expeditione sua vastaverat, immunitate et libertate summa donavit, ultra modum etiam et detrimenti accepti rationem. Magistratibus quoque et dignitates gerentibus legitimas, condonavit, quibus priores fuerant : quas ob res et constitutiones edidit

### ΚΕΦΑΛΑ. Α΄.

*Περὶ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος Τιβερίου ἀρχῆς· καὶ ὡς βασιλικὸς τις καὶ μεγαλοπρεπὴς ἦν.*

ὑποζωσάμενος, ἐκ τῆν βασιλείων ἀρχὴν ὁ Τιβέριος, παντοῖοι ἐγένετο, τὰ τε τῆς πολιτείας μάλιστα ἀνορθοῦν, καὶ στρατηγίαις ἀρίσταίς τὴν ὑπὸ κείνου πᾶσαν βῶται καὶ ἀνακτῆσαι. Ἦν δὲ ὁ Τιβέριος μέγιστός τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ἔψιν μίλα διαπεπείστατος οὐ μόνον τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ὄντων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων σχεδόν. Ὡς εἶναι τὸ μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, τὴν δὲ γε ψυχὴν ἡπίος, καὶ φιλιανθρωπία μάλιστα χαίρων εἶπερ τις, καὶ μόνῃς θέας πάντα· ὡς εἶπεν δεξιούμενος. Ἦγίετο δὲ πλοῦτον μᾶλλον καὶ περιουσίαν λαμπρὰν ἐκυτῶ τὸ πλουσίως ἐπικρατεῖν οὐ τὸ πρὸς χρεῖαν μόνην, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ περιούσιον. Οὐ γὰρ τοι διεσκοπεῖτο, τί χρῶν εἴη λαθεῖν τὴν αὐτοῦντα, ἀλλ' ὁ βασιλεὶ Ῥωμαίων δοῦναι προσέκει. Εἰ δὲ που καὶ χρυσὸς αὐτῷ ἦκε δάκρυσι καὶ βίαις ἐρανοσθεῖς, τοῦτον δὲ ἄρα κίβδηλον καὶ τοῦ ἐμπλεῶν ἦτο. Ἔλεον τοι καὶ τῷ ὑπηκόφ παντὶ ἐπέτειον ἀνῆκε δεσμολογίαν· καὶ ὅσα τῶν κτημάτων οὐδαμάρμάνης ἐπιῶν ἐλυμῆνατο, ἐς ὑπερβολὴν ἠλευθέρου, οὐ πρὸς τι μέτρον τῆς βλάβης. Αἱ τε παρὰ νόμον δόσεις τοῖς ἀρχουσίαν εἰσθεῖσαν, αἱς οἱ πρῶτον βασιλεῖς· τὸ ὑπῆκουον διεπῆρασκον· ὧν χάριν καὶ ἐγγράφους ἐτίθετο διατάξεις, ὥστε μὴ πράττεισθαι ἀσφαλεία τοῦ μέλλοντος.

Magistratibus quoque et dignitates gerentibus legitimos subditos ipsi suos vendere soliti ne quid ejusmodi in posterum committeretur.

## ΚΕΦΑΛ. Β΄.

## Α

## CAPUT II.

Ὡς Τιβέριος στρατὸν ἀξιόμαχον ἀθροίσας, διὰ Ἰουστινίου τῆ Περσῶν χώρα προσβάλλει, καὶ πολλὰ τῶν φρουρῶν ἐλευθεροῖ· καὶ ὡς ἐτελεύτα Χοσρόης.

Καὶ τοίνυν τοῖς οὐ καλῶς συλλεγεῖται τῶν χρημάτων χρησάμενος ἐς θεόν, πρὸς τὴν τῶν ὑπεναντίων μάχην περιφανῶς καθωπλιζέτο· καὶ δὴ στρατὸν ἀθροίσας ἠρωϊκῶν ἐκ τε τῶν περὶ τὰς Ἄλπαις ἐθνῶν καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἔρπον κατακτημένων, ἐτι δὲ Μασσαγέτας Παϊονάς τε καὶ Μυσοὺς σὺναμα Τιλυριεῖς καὶ Ἰσαύροισι, καὶ ἐκ τοῦ Σκυθῶν γένους ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενος, ὡς ἑκατὸν χιλιάδας καὶ πεντήκοντα ἑπτα ἰππέων ἀρίστων ἐκλέξασθαι, κατὰ Χοσρόου ἐξῆι, ἐκείνου εὐθύς μετὰ τὴν τοῦ Δάρας ἄλωσιν ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἐλθόντος, καὶ τὸ θέρος διαβιβάζοντος· ἡ τοῦ τῶν Καππαδοκῶν ἔθνους προκαθημένη, τῶν περὶ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐκληρώσατο. Ἐς τοσοῦτον δὲ τὰ Ῥωμαίων ἦκε περιφροεῖν, ὡς καὶ πρέσβειων ὡς αὐτὸν ἰκόντων, μηδὲ θέας ἀξιώσαι· ἐπεσθαι δ' ἐπιτάξαι ἄχρι τῆς Καίσαρος· κάκεισε γὰρ ἀκούσαι τε ὧν δέονται, καὶ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας διασκεψάμενον, ἀπόκριτιν δοῦναι. Ἐπει δ' ἐκεῖσε ἐγένετο, καὶ τὸ Ῥωμαίων στρατεύμα προλαθὼν ἐθεάσατο (στρατηγούντος Ἰουστινιανοῦ, δὲ ἀδελφὸς ἦν Ἰουστίνου τοῦ δευτέρου πρὸς Ἰουστίνου ἀνηρμήνου τοῦ αὐτοκράτορος· ἀκριθῆς δὲ καὶ οὗτος τὰ πολέμια ἦν, πρὸς μάχην τε τὸ στρατεύμα παρετάσσεται· αἱ σάλπιγγές τε ἤχουν τὸ ἐνωάλιον, καὶ ὅσα δὴ σημεῖα μάχης ἠώρητο), τὸν τε στρατηγὸν καὶ θυμῷ μετὰ τῆς ἐσάγαν εὐκοσμίαις πνέοντα, καὶ ἀντικρυς φωνοῦντα, καὶ τοσαύτην ἔπρον ἦν οὐδέ τις βασιλέων πώποτε ἐφαντάσθη, καταπλαγείς τοῖς πεπραγμένοις, πρὸς τὸ αἰφνιδίον τε καὶ προσδοκίαι· πέρα, ἐκ βάθους στενάξας, βύθιον ἀνωλόλυξε, καὶ μάχης οὐκ ἠθέληεν ἀρχειν. Τρίβοντι δὲ τὸν καιρὸν καὶ σφριζομένῃ τὴν ἀναβολὴν, ὁ τοῦ δεξιῶν κέρως τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος Κούρος ὁ Σκυθῆς εἰσβάλλει. Καὶ μὴ οἶων τε Περσῶν τὴν ἀθρόαν αὐτοῦ προσβολὴν, τὴν δὲ κατ' αὐτοῦς τάξιν ἀπολιπόντων, πολλὸς ἐγένετο φόβος τῶν ἐναντιῶν. Ἐπειτα τοῖς οὐραγοῖς ἐμπίπτει, ὅπου δὴ καὶ ἡ ἀποσκευὴ τοῦ τε Χοσρόου, καὶ τοῦ λοιποῦ ἀμφ' αὐτὸν στρατεύματος ἦν. Καὶ δὴ λαμβάνει τὰ ἐκείνου κειμήλια σύμπαντα, καὶ τὴν λοιπὴν ἐκείνου ἀποσκευὴν, ὄρνυτος μὲν Χοσρόου, ἀνεκτοτέραν δὲ τὴν αὐτοῦ ἐπιστροφὴν τοῦ Κούρος ἡγουμένου. Ἄλλ' οὗτος ἐξάπεινα μεγάλων χρημάτων κύριος γενώνως, καὶ τὰ σκευοφόρα τῶν ζώων σὺν τοῖς φορτίοις ἐπήγετο· ἐν οἷς καὶ τὸ παρ' ἐκείνου σκευόμενον πύρ, ὃ Ἰσα Θεῶ λατρεύουσιν. Ἄδων δὲ παιδῶν, τὸν Περσῶν περιελαύνει στρατόπεδον, καταλαμβάνει δὲ τὴν σφετέραν παράταξιν περὶ λύχων ἀφ' ἧς, μήτε τῆς σφῶν τάξεως ὑπεκστάντων, μήτε Χοσρόου ἐπιόντος αὐτοῖς, μήτ' αὐ ἐκείνων μάχης ἡργμένων· ὀλίγων δὲ τινων ἀκροβολισμῶν γεννημένων, ἡ ἐνός που καὶ δύο ἐξ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοισιν συμπλακέντων, ὡσπερ εἰώθης γίνεσθαι.

Ut Tiberius magno et forti exercitu coacto, et per Justinum in Persidem irruptione atque impetu facto, multa castella munitaque loca recuperaverit. Utque Chosroes sit mortuus.

Itaque pecunias non recte exactas in usum decernentem convertens, ad bellum hostibus inferendum splendide se armavit : et exercitu hefoico ex subalpinis populis, et Rhenum accolentibus gentibus, præterea ex Massagetis, Pæonibus, Mysis, una cum Illyricis et Isauris, atque etiam ex Scythis, optimis strenuissimisque quibusque viris delectis, ita ut centum millia et quinquaginta turmas fortissimorum equitum haberet (1), conscripto, expeditionem adversus Chosroem suscepit, cum illo statim, post Daras castellum captum, Armeniam ingressus esset, atque inde circa messis tempus ad Cæsaream contendere in animo haberet : quæ principem locum apud Cappadocum gentem sortita, primas inter urbes reliquas ferebat. Usque adeo vero jam res Romanorum contemnebat, ut etiam oratores qui ad eum venerant, in conspectum suum non admitteret, sed ad Cæsaream urbem eos se sequi juberet, ibidem postulata eorum auditurus, responsumque eis re deliberata daturus. Eo autem tibi pervenit, et exercitum Romanorum, qui eum prævenerat (quem Justinianus ducebat, frater Justini illius, a Justino imperatore miserandum in modum cæsi, rei bellicæ et ipse egregie peritus) conspexit, et jam tubæ classicum canebant, signaque militaria sublimia ferebantur, ac dux ipse una cum tam splendido apparatu animum magnum spirabat, atque ex adverso vociferabatur, equitatusque tantus aderat, quantum nemo unquam imperatorum in animo saltem est imaginatus : apparatu tanto et re tam subita atque inopinata consternatus, ex intimo pectore ductis suspiriis, altius indoluit atque ejulavit, neque pugnæ initium facere voluit. At ipso tempus præli extrahente, atque arte et fraude dilationem texente, Curs Scythia, cujus curæ dextrum cornu commissum fuerat, impetam in eum facit. **810** Hujus vim confertam cum Persæ sufferre nequissent, ordinesque suos relinquerent, multi ex eis cæduntur. Deinde extremum hostium agmen Curs aggreditur, ubi instrumentum aulicum Chosroæ et exercitus ejus apparatus erat. Hic pretiosissimas quasque res ejus et instrumentum omne, ipso inspiciente et tolerante Chosroe, quod facilius is im; resionem suam quam ipsius Curs sustineri posse existimaret, diripit. Et derepente ingentis pecuniæ dominus factus, jumenta quoque una cum impedimentis abducit : in quibus etiam, qui ab eis perinde atque Deus colitur, ignis erat. Et Curs Præna canens, Persarum aciem circuit, et tandem circiter primam facem ad suos redit : qui adhuc ordines suos, sicuti acies structa fuerat, servabant, quod neque Chosroes aggressus eos es

(1) Evagr. lib. v, cap. 14.

set, nec ipsi initium pugnae fecissent. Paucis vero velitaribus praeliis, unis tantum aut binis ab utraque acie congressis, sicuti fieri assolet, commissis, Chosroes frequentes per noctem ignes accendit, nocturnum praelium experturus. Et cum Romanorum exercitus in duas partes divisus esset, nocte intempesta, vigiles eorum copiarum quae Borealem plagam versus excubabant, invadit: eisque repentina impressione dissipatis, exercitu universo Melitinem, quae in propinquo erat, contendit: quam ab incolis et custodibus vacuum Persae incendunt, seque ad Euphratem trajiciendum instruunt. Porro cum eos Romanorum copiae a tergo consequerentur, saluti suae timens Chosroes, elephante conscenso, fluvium tranat, et multos ex militibus suis in amne eo, qui illis pro sepulcro fuit, amittit. Hos suffocatos cum secum accepisset mature decessit. Hujusmodi ille summam paenam postquam pro injuriis Romano imperio illatis persolvit, ulterius in partes Orientales est progressus, ubi ejusmodi inducias, ut eum nemo aggredere- tur, habuit. Justinianus autem cum exercitu omni Persidem est ingressus, ibique hieme transacta, qui ei resisteret, invenit neminem: atque exercitu non diminuto, circiter aestivum solstitium inde reversus, cum magna et praecleara gloria, circa confinium, aetatis reliquum consumpsit. **811** Exinde Chosroes rebus desperatis, doloreque ingenti confectus, et fortunae vicissitudine exanimatus, cum dedecore vitam amisit: et perinde atque sempiternam columnam atque monumentum fugae suae, legem illam, ne quis postea Persarum rex adversus Romanos exercitum duceret, post se reliquit. Ab eo regnum ad Hormisdam filium per-

## CAPUT III.

*De terrae motu, qui Antiochiae et in vicis qui Daphne dicitur, fuit.*

Tertius jam imperii Tiberii agebatur annus: et Antiochiae rursum maximus terrae motus circa meridiem coortus, publicas et privatas aedes ad ipsa usque fundamenta disrupta concussit, minime tamen in terram prostravit. Ipsa vero universa Daphne, quasi succisivum ejus opus facta, corrui- t. Evenere tum alia quoque non solum Theopoli, verum etiam in urbe ipsa imperante, memoratu digna, quae civitates eas maximis motibus concitatis conturbaverunt atque perterruerunt. Quae cum initium a zelo et aemulatione divina sumpsissent, convenientem etiam finem sunt consecuta.

## CAPUT IV.

*De Anatolio mago, et ejus adversus Gregorium Theopolis episcopum fraudulentis insidiis.*

Erat Theopoli Anatolius quidam (1), ex plebeis ille quidem et ignavis unus, sed qui postea multis se et variis negotiis ingesserit, et Theopolitanorum res potissimum administravit: qua ex causa in Gregorii, urbis ejus sacrorum antisitis, amicitiam

Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἄλωσιν ἐν Νικαίᾳ πρῶτος γίνεται παρὰ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι κατὰ τὴν κ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς θ' ἰνδ. ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας σακελλάριος Μιχαὴλ ὁ Ἀυτωριανός, καὶ ἀρχιερατεύσας ἔτη ς', μηνῶς ε', καὶ ἡμέρας ς' ἐτελεύτησεν.

Καὶ ἐχθρῆυσεν ὁ θρόνος, μηνῶς ε' ἡμισυ, διὰ τὸ ἀποδημεῖν τὸν βασιλέα εἰς τὸ θρακησίον· καὶ κατὰ τὴν κη' τοῦ Σεπτεμβρίου τῆς β' ἰνδ. ἡμέρᾳ α' προσεβλήθη ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Θεόδωρος ὁ Εἰρηνικός λεγόμενος Κωπᾶς. Καὶ τελευτᾷ ἐπισκοπήσας ἔτος α', μηνῶς . . . ἡμέρας γ'.

Καὶ ὄντος τοῦ βασιλέως Λάσκαρι ἐν τῷ θέματι θρακησίῳ, ὤρισαν οἱ ἄρχοντες τῆς Ἐκκλησίας καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐγγράφως γνωμοδοτήσαι, καὶ προσεβλήθη διὰ προστάγματος ὁ καθηγούμενος τῆς μονῆς τῶν Ἀκουμήτων Μάξιμος. Καὶ ἐλθόντος τοῦ βασιλέως πάλιν καὶ παρ' αὐτοῦ ὡς ἔθος προσεβλήθη κατὰ τὴν γ' τοῦ Ἰουνίου μηνός. Ἦν δὲ ἀμαθὴς λόγων περὶ τὴν γυναικωνίτιν ἐσχολακῶς, φυχὰς γενόμενος πρότερον ἐκ τῆς πόλεως καὶ πνευματικῶς χρηματισθεὶς τοῦ βασιλέως. Ἰερότευσε δὲ μηνῶς ς', καὶ θνήσκει. Οὗτος κατὰ τῶν Νικαίων διήγειρε τὸν βασιλέα.

Μανουὴλ δάκωνος ὁ Σαραντηνός ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, ὁ λεγόμενος Φιλόσοφος, ἔτη ε', μηνῶς ζ'.

Γερμανός ὁ σοφώτατος καὶ ἀγιώτατος ἐκ τοῦ Ἀνάπλου ὀρμώμενος, ἀλιέως, ὡς φασὶ, παῖς, διάκωνος μὲν πρότερον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας γενόμενος, μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἄλωσιν εἰς μονάζοντα κατεῖς, ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀχυράνην μονῇ τοῦ ἀγίου Γεωργίου τοῦ Πανευμόρφου. Τοῦτον Ἰωάννης ὁ Δούκας Βατάτζης ἀνάγει. Καίῳ δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ὁσίως ἐποίησε, κατὰ Λατίνων γράψας, καὶ λόγους ἐτέρους. Μετεκλήθη δὲ ὀνησίων Γεώργιος μοναχός. Ἰερότευσε δὲ χρόνους ιη', καὶ θάπτεται ἐν Νικαίᾳ τῇ μονῇ τῆς Κυριωτίσσης, πολλὰ θαύματα ἐργαζόμενος.

Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ἰακίνθου μονῆς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰωάννου Δούκα μηνῶς γ', καὶ θανὼν ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ θάπτεται τοῦ Ἰακίνθου. Οὗτος πολλὰ εἰδέναι οἰόμενος, ὀλίγων ἦν ἴδρις.

Θανόντες τούτου ὁ θρόνος ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς ἔρημος ποιμένος ἐγένετο.

Μανουὴλ ἕτερος ὁ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰωάννου πρωτοπάππας· ἐκ βίου διηνεκῶς παιδεία· ἔχων τῆς ἐξωθεν, ἔ.η. ια', καὶ ἐτελεύτησεν.

Ἀρσένιος μοναχός ὁ Ἀυτωριανός ἐν Ἀπολλωνιάσι τῇ λίμνῃ ἀσκούμενος, εἶτα ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ Λασκάρι ἐγκυκλίων γραμμάτων ἱκανῶς ἐμπειρος, & προβληθείς ἀναγνώστης καὶ διάκωνος κατ' ἰσρούς

A Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno 6712 (id est, Christi 1204), mense Aprilii, Feria septima, indictione 7, sexta hebdomade juniorum.

Post captam urbem Nicææ primus creatur ab imperatore Theodoro Lascari 20 mensis Martii, indictione 9, magnus Ecclesiæ sacellarius Michael Autorianus, qui cum sedisset annis 6, mensibus 5, diebus 6, obiit.

Vacavit autem thronus mensibus 10 et dimidio, quia imperator absens in themate Thracessio erat: et 28 Septembris, indictione 2, feria 1, cooptatus est supremus philosophorum et chartophylax Magnæ Ecclesiæ Theodorus Irenicus, dictus Copas, qui postquam episcopatum gesserat anno uno, mensibus . . . diebus 3, mortuus est.

Cum autem imperator Lascaris esset in Thracessio themate, principes Ecclesiæ et episcopi statuerunt sententiam et vota sua scripto mittere ad imperatorem, cuius jussu promotus est cathegumenus monasterii Acœmetarum Maximus. Cum autem venisset imperator, ab eo de more constitutus est tertia die Junii mensis. Erat autem illiteratus, qui in gynæceo solum versatus, ex urbe profugus antea fuerat, et deinde spiritualis sive confessarius imperatoris nuncupatus est. Praefuit autem mensibus 6, et defunctus est. Hic imperatorem contra Nicænos concivit.

C Manuel diaconus Sarantenus, cognomento Philo-sophus, eodem imperatore, annis 5, mensibus 7.

Germanus sapientissimus et sanctissimus ex Anaplo profectus, piscatoris, ut ferebatur, filius, diaconus primo Magnæ Ecclesiæ: et post captam urbem in monachum detonsus in Achyranæ monasterio S. Georgii Pancumorphi dicto. Hunc Joannes Ducas Batatzes promovit: qui Ecclesiam recte sancteque administravit, ac contra Latinos scripsit aliosque libros. In obitu vero mutato nomine vocatus est Georgius monachus. Rexit autem Ecclesiam annis 18, et sepultus est Nicææ in monasterio Cyriotissæ, multa operatus miracula.

D Methodius abbas monasterii Hyacinthi eodem imperante Joanne Duca, mensibus 3, et defunctus in eodem Hyacinthi monasterio sepultus est. Is cum se nulla scire putaret, pauca revera sciebat.

Illo defuncto thronus per multos annos vacavit.

Manuel alter ejusdem imperatoris Joannis archipresbyter palatinus ex assiduo studio exterorum disciplinam edoctus, annis 11, et defunctus est.

Arsenius monachus Autorianus in lacu Apollonio in ascetica vita exercitatus. Deinde sub Theodoro Lascari, omnigena eruditione instructus, creatus lector, diaconus et sacerdos, deinde pa-

triarcha ordinatur, singulis diebus singulos ordines accipiens, quoniam imperator profectum maturabat, statim eum coronavit. Sedit annis 5, et expulsus est ab imperatore Michaelē Palæologo, qui Joannem puerum imperatorem despectui habuit, nec ad imperium evexit, ut juramento pollicitus erat.

Deinde Nicephorus antea Ephesi episcopus thronum accipit, et cum anno uno sedisset, obiit.

Capta vero Constantinopoli rursum præfuit Arsenius sacer annis 2. Mortuo autem Joanne puer, rursum exagitur. Michael autem imperator inauguratur, a quo in Præconnesum relegatus est, ubi mortem obiit. Hic Michaelē imperatorem bis coronavit, primo Nicææ, deinde Constantinopoli. Capta est urbs a Romanis anno 6765 (Christi 1257), 25 Julii, feria secunda, anno secundo imperii Michaelis Palæologi.

Joseph Galesii abbas, primo clericus imperatoris Joannis, qui conjugatus fuerat. Sedit annis 8, et quod cum Latinis junctus esset, ejicitur ab imperatore Michaelē.

Joannes Beccus diaconus et chartophylax Magnæ Ecclesiæ, annis 8. Hic cum Latinis unionem habuit imperante Michaelē Palæologo, et depositus a piissimo imperatore Andronico Palæologo, in exsilium mittitur; rursumque inducitur

Confessor Joseph, qui sedit menses 4. Illo defuncto,

Gregorius Cyprius lector et protoapostolarius cooptatur, et præfuit annis 16. Ob quamdam vero offensionem cujusdam libri quem contra Beccum scripserat, per dispensationem ejicitur.

Creatur autem Athanasius ex Mæcedonia, qui cum vehementius sese rebus immisceret, a populo ejicitur, postquam annis 4 sacris præfuisset sub Andronico imperatore.

Joannes monachus et presbyter, abbas Pammacoriastæ et confessarius imperatoris, Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur, homo admodum pacificus et mansuetissimus vere vir Dei, præfuit annis 9, et cum abdicasset, sub eodem imperatore ejectus est, ac rursum inducitur Athanasius.

Sciendum est, quod a sancto apostolo Andrea episcopi . . . Byzantii usque ad Constantinum Magnum viginti sint numero. A Constantino Magno, sive a sancto Metrophane usque ad pacificum et mansuetum Joannem centum undecim. Simul ab apostolo Andrea usque ad prædictum Joannem sint patriarchæ 130, anno 6800 [Christi 1292].

εἶτα πατριάρχης χειροτονεῖται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τάγμα λαμβάνων, ἐν τῇ σπεύδειν ἐξέειν τὸν βασιλέα . . . αὐτίκα στέφει. Ἰεράτευσε δὲ χρόνους ε', καὶ ἐξεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, διὰ τὸ τὸν νέον βασιλέα Ἰωάννην παρορροῦναι, καὶ μὴ πρᾶξαι αὐτὸν βασιλέα ὡς ἡ τῶν ὀρκίων εἶχεν ὑπόσχεσις.

Ἐἶτα Νικηφόρος ὁ πρίον Ἐφέσου τὸν θρόνον λαμβάνει, καὶ ἱερατεύσας ἔτος α', τελευτᾷ.

Ἀλούσης δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλειος πάλιν ἔρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερὸς ἔτη β'. Τελευτῆσαντος δὲ παιδὸς Ἰωάννου πάλιν διοχλεῖται, βασιλεὺς Μιχαὴλ γίνεται καὶ ἐξωρίσθη ἐν Προικοννήσῳ, καὶ ἐτελευτᾷ. Οὗτος δευτέρον στέφει τὸν Παλαιολόγον Μιχαὴλ ἐν Νικαίᾳ πρότερον, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δεύτερον. Ἐάλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ςψξε', Ἰουλίου κε', ἡμέρᾳ Δευτέρᾳ, τῇ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου.

Ἰωσήφ ὁ Γαλισίου ἡγούμενος, πρότερον κληρικὸς τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ὑπάρχων, καὶ γυναίκα ὀμιλήσας ἔτη η', καὶ διὰ τὴν ἔνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ.

Ἰωάννης διάκονος καὶ χροτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Βέκκος, ἔτη η'. Οὗτος μετὰ τῶν Λατίνων ἐποίησε τὴν ἔνωσιν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ καταβληθεὶς παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου ὑπερορρίζεται καὶ ἀνάγεται

Ὁ ὁμολογητὴς Ἰωσήφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'. Θα νότος δὲ,

Γρηγόριος ὁ Κύπριος αναγνώστης καὶ πρωτοαποστολάρχιος ἀνάγεται, καὶ ἱεράτευσε ἔτη ς'. Διὰ τινὰ σκάνδαλα τοῦ τόμου αὐτοῦ ὃν κατὰ τοῦ Βέκκου ἐγραψεν οἰκονομικῶς ἐξάγεται.

Καὶ ἀνάγεται Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας, καὶ σφοδρότερον τῶν πραγμάτων ἀπτόμενος παρὰ τοῦ λαοῦ ἐκβάλλεται, δ' ἔτη ἱερατεύσας ἐπὶ τοῦ [Ἀνδρονίκου] βασιλέως.

Ἰωάννης μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, ἡγούμενος τῆς Παμμακαριστῆς καὶ πνευματικὸς τοῦ βασιλέως ὁ ἀπὸ Σωζοπόλειος πρότερον Κοσμᾶς ὀνομαζόμενος, εἰρηνικώτατος καὶ πραΰτατος καὶ ὅλος [τοῦ Θεοῦ] ἀνθρωπος ἔτη θ'. Καὶ παραιτησάμενος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως κατεβλήθη, καὶ ἀνάγεται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος.

Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου εἰσὶν ἐπίσκοποι . . . Βυζαντίου μέχρι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κ', ἀπὸ δὲ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἦτοι ἀπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Μητροφάνους μέχρι τοῦ εἰρηνικώτατου καὶ πράου Ἰωάννου ρια', καὶ ὅμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου μέχρι τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχαι ρλ', ἔτει ςω'.

# ANSELMI BANDURII

AD

## NICEPHORI CALLISTI CATALOGUM OBSERVATIONES ET NOTÆ.

Col 149 Ἄνδρες ὁ ἀγιώτατος. Complures A ex episcopis Byzantinis, qui a Græculis numerantur, usque ad Metrophanem fictitios esse censeo. Rem autem ita manifestam auctoritate scriptorum comprobare neque necessarium esse existimamus, neque modo per varias occupationes licet; sufficiat tantum hic monere, tres episcopos Constantinopolitanos ante Metrophanem, nominibus aliis, referri a Cedreno qui pag. 256, scribit, primum Byzantii episcopum fuisse Philadelphum, imperante Antonio Car calla: Ἐπὶ τούτου πρώτος ἐπίσκοπος καί τις Β. ζαντίου Φιλάδελφος, ἔτη τρία πρῶτον γὰρ προέστατο τῆς Ἐκκλησίας ἔτη ἡ πρεσβύτερός τις. Ἐν τῷ χρόνῳ πρῶτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν ἡμεῖς. Ἐν τῷ χρόνῳ πρῶτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβύτερος τῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν ἡμεῖς. Ubi Cedrenus pag. 257 sic habet tantum: Καὶ Ἐυγένιος γέγονεν ἐπίσκοπος Βυζαντίου ἔτη κς. Deinde de Rufino tertio Byzantii episcopo sic tradit laudatus logotheta: Ἐτα βασιλεύει Νουμμεριανὸς ὁὗτος τυχάνων Μυσίας. Ἐπὶ τούτου μαρτυρεῖ ὁ ἄγιος Γεωργίου, καὶ ὁ ἅγιος Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ. Τῆς δὲ ἐν Βυζαντίῳ Ἐκκλησίας προέσταται Ἐπίσκοπος, ἔτη θ'. Deinde imperat Numerianus dux Mysia. Sub eo sanctus Georgius ac sanctus Babylas martyrium passi sunt Antiochiæ. Rufinus autem præfuit Ecclesiæ Byzantinæ annis novem. Eadem habet et Cedrenus pag. 264, nisi quod Rufini nullam mentionem facit. At quod scribitur de martyrio sancti Babylæ falsa sunt, siquidem sanctus Babylas sub Decio martyrium ante obierat.

Col. 452 C. Κυριακός. Scribitur supra rubricis Interis Κυριακός.

Ibid. Μητροπόλις. Quæ scribit hic Nicephorus Callisti de Metrophano, nimirum eum in episcopatu vixisse annos decem, synodo Nicænæ interfuisse, ac primum patriarcham Constantinopolitanam existisse, admodum sunt controversa. reverendissimus Petrus de Marca lib. v. De concordia, cap. 5, et ibidem doctissimus Baluzius in Observatione quam subiungit, Metrophanem Nicænæ synodi tempore adhuc in vivis fuisse conatur ostendere; idque Eusebii auctoritate, qui lib. iii De vita Constantini, cap. 7, recensens provincias, ex quibus episcopi ad eam synodum venire, inquit: Ἀπὸ τῶν ἐν τῷ παλαιῷ καὶ πάλαι ὄνοματι, εἰ, ἢν τοῖς πολλοῖς ἀλλὰ συνιδρῶν τῆς ἐκ τῆς βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν πρεσβύτερος ὕστερον οὐκ ἔτι πρῶτος ὕστερον ὁ αὐτοῦ παρόντος τὴν αὐτοῦ τὰς ἐκκλησίας. Ab ipsa quoque Hispania vir ille multo omnium sermone celebratus, una cum reliquis aliis consecutus. Aberat quidem Regiæ urbis antistes ob senilem ætatem.

plerent. Hunc Eusebii locum iisdem omnino verbis citat Socrates lib. i, cap. 5. Verba autem illa Eusebii: Τῆς δὲ γε βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν πρῶτος ὕστερον οὐκ ἔτι πρῶτος. Aberat quidem Regiæ urbis antistes ob senilem ætatem non intelligitur esse de Romano pontifice, qui tum erat sanctus Silvester, asserunt; idque conantur demonstrare ex actis concilii Niceni collectis a Gelasio Cyziceno, quæ habentur edita tom. II Conc., qui quidem scriptor, se istæ ex tertio libro Eusebii De vita Constantini ad verbum exscriptis esse fatetur: Ipse ex Hispanis valde celebratus Osius, obtinens locum magnæ Romæ episcopi Silvestri, cum presbyteris Romæ Vitone et Vincentio et cum plurimis aliis considebat. Urbis autem illius quæ nunc imperat, episcopus, Metrophanes nomine, propter senectutem non adfuit; ipsius vero presbyteri qui aderant, locum ejus supplere; quorum unus erat Alexander, qui urbis episcopatum post Metrophanem adeptus est.

Eadem hæc Acta synodi Nicænæ a Gelasio Cyziceno interpolata se perlegisse testatur Photius in Bibliotheca codice 88, ubi nonnulla ex iis excerpta habentur; quæ quidem eadem astruunt: Ἀλιέξανδρον δὲ, inquit, ὅς τῷ πρεσβυτέρῳ ἀξίωμα εἶχεν, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρεῖναι. Ἐκείνος γὰρ ἐκώλυτο βασιλευούσης γῆρας, ἐπὶ αὐτῷ ὁ χρόνος τοῦ βίου ὡς πρὸς τὰ ἐκείνην ἐξέτειλεν ἔτη. Excerpta Vitarum Metrophanis et Alexandri patriarcharum CP. quæ habentur apud Photium in Bibliotheca, codice 256, id ipsum affirmant. At non solum prædicti scriptores laudata Eusebii verba ad episcopum Constantinopolitanum referunt, cum idem sentiant Nicetas Choniates in Panoplia et Epiphanius scholasticus. Hinc factum est ut reverendissimus Petrus de Marca, Baluzius ac Pagius verba illa Eusebii ad episcopum Byzantinum spectare crederent; licet Valelius in notis Eusebianis laudatos scriptores redarguat, inquit id nullo modo intelligi posse de episcopo Byzantino, cum nondum tempore synodi Nicænæ dedicata esset Constantinopolis, ac Regiæ urbis vocabulo decorata. Sed huic argumento præsto occurrit Baluzius inquit, Eusebium libros illos De vita Constantini non scripsisse, nisi post hujus imperatoris mortem, adeoque diu post dedicatam Constantinopolim, quæ ideo post Constantini obitum urbis Regiæ vocabulo decorari potuit, habita ratione, non ipsius rei, sed temporis, quo ista scribebat Eusebius. Nam, inquit Baluzius, Eusebius non loquitur simpliciter de urbe Regiæ, sed de urbe quæ tunc regnabat, βασιλευούσης, ad differentiam Romæ, quæ infra lib. iv De vita Constantini cap. 69, βασιλικὰ πολιᾶ constantin vocat in duobus locis, nunquam βασιλευούσης. Quare ut verus et genuinus Eusebii sensus retineatur, sic Latine verti debet hic locus: Episcopus urbis illius, penes quem imperium est. Sic Baluzius respondet ad Valeium Eusebianas notas. Atque Eusebius in Vita Constantini Romam veterem passim appellat τὴν αὐτῆς

σλευουσταν; sic. Eb. i. cap. 29, ubi loquitur de urbe Roma vindicata a Maxentii tyrannide, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς; βσιλευουσταν πόλιν: cap. 53, ubi loquitur de tyrannide quam Romæ Maxentius exercebat: Καί γάρ ἔη ποῦς ἦν ὁ ταύτη προαρχάσας τὴν β σιλευουσταν πόλιν: cap. 59, loquens de adventu Constantini in urbem Romam, εἰσέλθονεν ἐπὶ τὴν βσιλευουσταν πόλιν. Et cap. 4, ubi narrat, Constantium Magnum in media urbe Roma erexisse crucis tropæum, μέση τῆ βσιλευουσταν πόλει. Verum non hæc tantum argumenta asserunt, qui verba illa Eusebii ad Romanum pontificem spectare putant; nam doctissimus nostrique amantissimus abbas de Longuerne in eruditissimis epistolis, quas ad Pagium scripsit, primum in dubium revocare videtur Acta illa synodi Nicæna a Gelasio Cæziceno collecta, necnon Excerpta Vitalium Metrophanis et Alexandri patriarcharum CP. que habentur apud Photium codice 256, quæ profecto idem astrunt; deinde vero ad comprobandum verba illa Eusebii spectare ad Romanum pontificem, laudat idem vir doctissimus Sozomenus, qui eadem verba intellexit de pontifice Romano, nisi quod perperam ille loco sancti Silvestri Julium repositit: Theodoretum item qui lib. i cap. 8 verba Eusebii de Romano pontifice intelligit, Ὁ δὲ τῆς Ῥώμης; διὰ γῆρας; ἀκ.λεῖθησθι βαθῶ: et paulo post Silvestrium Romæ tunc sedisse ait; et cap. 4 ejusdem libri refert Theodoretus epistolam quam scripsit Alexander Alexandrinus ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum de nascente hæresi Ariana, et Ario quem nuper communionem privaverat, hoc titulo: Τῷ τιμωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ἀμψύγῳ Ἀλέξανδρῳ Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Et ut nemo dubitet hanc epistolam Alexandri Alexandrini episcopi scriptam fuisse ad Alexandrum Constantinopolitanum, seu potius Byzantinum episcopum, i eo Theodoretus, cap. 5 ejusdem libri, tradit, ante concilium Nicænum, imo eam primum suam hæresim Arius divulgare cœpit, sedisse Romæ Silvestrum, Vitalem et Philogonium Antiochiæ, Macarium Hierosolymis, Alexandrum Constantinopolim, et Alexandrum Alexandriæ: Τῆς δὲ Κωνσταντινίου πόλεως κατὰ ταύτην αὐτὸν τὸν καίρῳ Ἀλέξανδρος τῆς ἱερατικῆς ἡξιοῦτο λειτουργίας, ἀποστουτικῆς χρισμασι λαμπρονόμηνος. Tõte τριουὸν ὁ τῆς Ῥαλεξανδρείας Ἀλέξανδρος, etc. Que vero hæc re habet Pagius parvi omnino momenti sunt; nam ille ad confirmandam suam sententiam unum tantum Theodoreti locum laudat, nimirum epistolam Alexandri episcopi Alexandrini ad Alexandrum episcopum. Et hunc quidem Alexandrum episcopum ad quem scripta fuit epistola, frustra conatur asserere, non esse Constantinopolitanum antistitem, uti ex iis que paulo superius diximus facile est cuilibet cognoscere. Vide quid de Metrophane scribit em. cardinalis Baronius, qui tempora sedis intra tricennium coar-

A mihi videtur consignatus cum a Baronio tum a Pagio

Ibid. *Τούτου ἔξωσθέντος*. Ita sane Paulum episcopatu tantum dejectum a Constantio prima vice, non vero in exilium missum testatur et Socrates, lib. ii. cap. 7. Sed Baronius confundit exilium a Constantino Magno Paulo irrogatum, quod illi accidit ante episcopalem dignitatem acceptam, cum ejus depositione ab episcopatu, quæ Constantio imperante accidit.

Ibid. *Εὐσέβιος ὁ Ἀρσιανός, etc., ἔτη ιβ'.* Vide quid de hujus episcopatus annis scribit Baronius et Pagius.

Col. 455 A. *Πάλιν ὁ Παῦλος, etc.* Post Eusebii mortem catholici Paulum restitunt, Eusebiani vero Macedonium eligunt. Quæ quidem res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut prodit Socrates; quippe Heriogenes magistri militum ab imperatore missi, ut Paulum expelleret, domus incensa, ipseque pedibus tractus ac misere truncatus; in mare a populo præcipitatur. Cujus quidem facinoris nuntium cum ad Constantium Augustum delatum esset, statim ille Constantinopolim venit, ut scribit Libanius in Basilico. Et socræ quidem ab illo castigatus esse ait, neminem tamen morte affectum, cum senatus urbis CP. pro rebus apud ipsum intercessisset. Tunc etiam Singaram relegatum fuisse a Constantio Paulum, et aliquanto post inde Emesam translatum, scribit Athanasius.

Ibid. *Ἐκτίθετε τὸ ὑπὸ τῶν Ἀρσιανῶν ἀναρεῖται.* De morte Pauli vide Sulpicium, cap. 2; Socratem, lib. ii, cap. 21; Theodoretum, lib. ii, cap. 5; Sozomenum, lib. iv, cap. 2. Mors autem S. Pauli ejus festum Græci die 6 Septembris colunt, Latini die vii Junii, a Baronio consignatur anno Ch. 351.

Ibid. *Μακεδότιος, etc., ἔτη ε'.* Anni quinque quos in episcopatu CP. sedisse Macedonium scribit Nicephorus, nescio unde numerandi, nimirum an a quo primum post Eusebii mortem occupaverit illam sedem, an vero a morte Pauli; quippe scriptor Chronici Alexandrini Macedonium propter multa crimina exauctoratum fuisse ait, eoss. Constantio Augusto xii et Juliano Cesare III, anno Christi 360: Τοῦτω τῷ ἔ.ε.τ. μὲν ἱερατικῷ, ἰε', καθιερώθη ἡ Μαγὰ καὶ Ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως. Μακεδότιος Κωνσταντινουπόλεως; ἐπισκοπος καθρέθη ἐπὶ πολλοῖ, ἰδίως αὐτοῦ ἐγκλήματι, καὶ κατεστη ἀνε' αὐτοῦ Εὐδόξιος; τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας; ἐπισκοπος; etc.: Hoc anno, mense Peritio, die 15, Magna Ecclesia Constantinopolensis dedicata est. Macedonius episcopus Constantinopolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius, etc. Ex quo quidem Chronici Alexandrini loco apparet Macedonium plusquam quinque annos episcopatum CP. occupasse.

Ibid. *Εὐδόξιος, etc., ἔτη ζ'.* Scribitur hic supra rubris literis, ἐπὶ Ἰουλιανου. Eudoxus autem plus fortassis quam septem annos sedem CP. tenuit; verum non annos novemdecim, ut legitur apud Socratem; quod quidem mendum iurari esse, docet Valesius in Notis ad eundem. Alioquin Socrates secum ipse pugnaret; quippe idem scriptor lib. i, cap. 42, Eudoxium in concilio CP. anno 359 inchoato, sequentique continuato, substitutum fuisse in locum Macedonii depositi scribit, mortem vero obiisse eoss. Valentiano Aug. iii, et Valente Aug. iii, tradit idem Socrates lib. iv, cap. 14, necnon Pseudoisidorus lib. ix, cap. 8. Sozomenus vero lib. vi, cap. 43, Eudoxium obiisse ait, quando Valens Antiochiam tendens, patrum Nicœnæ subacti. Concilium Theophrastis annis decem obtinuisse Eudoxium sedem CP. scribit.

Ibid. *Δημόζητος, etc., ἔτη ιβ', μῆρας ε'.* Id

Col. 452 D. *Ἀλέξανδρος.* Alexandrum annos 23 in episcopatu Constantinopolitano sedisse tradunt Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus et Zonaras; mortem vero obiisse anno Christi 340 affirmat em. Baronius; at si vera sunt, quæ superius ex Theodoreto diximus, plusquam 25 annis sedem CP. administravit Alexander, vel certe annus ipsius obitus non bene a Baronio consignatus.

Ibid. *Παῦλος.* Paulus in episcopatu Constantinopolitano Alexandro successit, tempore Constantii Augusti, non vero Constantini Magni, ut frustra conatur ostendere Valesius in Observat. Ecclesiast. ad Socratem et Sozomenum. Ante episcopalem dignitatem acceptam a Constantino in exilium punitur Paulus. Vide Pagium ad annum Christi 340, xi et seq. Sed annus quo Paulus Alexandro in episcopatu CP. successerit perperam

est. *Demophilus*, etc., *sedit annis 12, mensibus 5*. Et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *sub Valente*; quod quidem in scriptis nostris ad marginem tantum reperitur, et in ms. legitur supra rubris litteris, ἐπὶ Ἰωβαννοῦ, et infra, ἐπὶ Οὐάλεντος. Cæterum de Demophilo ab Arianis in locum Eudoxii subrogato legendus est *Philostorgius* lib. ix, cap. 10 et 14.

Col. 453 B. *Ἐδώριος ὀρθόδοξος*, etc., *ἔτη 5'*. Theophanes ad annum v. Valentiniani Augusti Evagrium statim post Eudoxii mortem a parva manu Orthodoxorum electum fuis e scribit; quo quidem tempore Ariani sibi Demophilum præfecerunt: verum Evagrius statim a Valente sede pellitur, Demophilus vero in ea confirmatur, ut narrat ibidem laudatus scriptor.

Ibid. *Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ*, etc., *ἔτη 13'*. Ita habent S. Nicephori catalogus, Menæra die 30 Januarii in memoria trium sanctorum Ecclesie doctorum: Amphilochius, in Vita sancti Basilii de Gregorio Nazianzeno loquens; et Gregorius presbyter in Eucomio, quo textit Vitam Gregorii. At Theophanes subjectum Gregorium Nazianzenum duobus tantum annis sedem CP. administrasse scribit: Cedrenus Gregorium decennium et paulo amplius Constantinopoli moratum esse tradit. Certum tamen est Gregorium non amplius quam triennio Constantinopoli commoratum, et episcopatum Constantinopolitanum a paucis tantum hebdomadis administrasse; in eadem quippe synodo et renuntiatus fuit episcopus et exautoratus; et anno Christi 381, in Kalend. Aug. quo Theodosius dedit legem 5 Codicis Theodosiani *De fide catholica* jam Nectarius episcopus Constantinopolitanus erat, et concilium Constantinopolitanum jam finitum, ut patet ex eadem lege.

Ibid. *Ἰωάννης πρεσβύτερος Ἀρτιοχίας*, etc., *ἔτη 8, μήνας 5'*. . . . S. Joannes Chrysostomus bis e throno pellitur; primum in synodo ad Quereum, anno Christi 405, deinde in synodo Constantinopolitana anno 404, quod quidem accidit festo Pasche die appropinquante, et post duos menses in exilium pellitur Chrysostomus. Vid. Socratem lib. vi, cap. 18. Cui ruin multa de sancto Joanne Chrysostomo ac ejus episcopatu dicenda essent, nisi sedulo omnia examinasset Pagius; unde eo lectorem remittere est animus.

Ibid. C. *Ἀρσάκιος*, etc., *ἔτη 8'*. Duobus annis sedisse in episco, atq. Constantinopolitano Arsacium scribit et Theophanes. Verum Arsacius ordinatus fuit die 26 mensis Junii, in quem Dominica incidebat; quo quidem die ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solite erant. Quare in Chronico Alexandrino, ut docet Pagius, loco *ἡμέρα δευτέρα* legendum *ἡμέρα πρώτη*, id est, *feria prima*, quæ hoc anno eum die 26 Junii concurrat. Arsacius vero moritur anno sequenti Christi 405, die tertio Idus Novembris, ut scribit Socrates, lib. vi, cap. 20. Unde, si Socrates non fallitur, Arsacius sedisse videtur annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius, cui potior fides adhibenda quam Socrati, utpote tunc viventi et de rebus Chrysostomi optime edocto, scribit in Dialogo Arsacium sedisse annum et menses duos, *διαπρατήσας δὲ τὸ ζῆλευτοῦ δεκατέσσαρας μῆνας ἀποθνήσκει*, *ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset mortuus est*.

Ibid. *Ἀττικὸς*, etc., *ἔτη 1'*. Atticus coss. Arcadio Aug. vi et Anicio Probo Christi anno 495 electus fuit in Arsacii locum, ut scribit Socrates lib. vi, cap. 20. Socratenus vero lib. viii, cap. 17, quarto post Arsacii mortem mense ordinatum fuisse Atticum tradit. Verum error irrepit in numerum dñum apud Socratem lib. vii, cap. 25, ubi ait, Atticum anno episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris, mor-

tem obiisse coss. Theodosio xi, et Valentiniano Cesare i. nam horum consulum hic annus cadit in annum Christi 425, unde si Atticus, ut ait Socrates superius citato loco, ordinatus est anno Christi 406, vicesimum certe sedis annum non absolvit.

Ibid. *Σισίννιος*, etc., *ἔτος 4', μῆνας 1'*. In Chronographia compendiaria sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani et in Tabulis Theophanis anni duo Sisinnio attribuuntur. At Socrates lib. vii, cap. 26, asserit, ordinatum fuisse Sisinnium pridie Kalendas Martii, consulatu proxime sequente, qui fuit Theodosii xi, et Valentiniani Junioris Aug. ii. Quo quidem anno dies ultimus Februarii in Dominicam incidebat, qua ordinationes episcoporum fieri solite erant. Mortem autem obiit Sisinnius, ut narrat idem Socrates paulo superius laudato loco, coss. Hierio et Arcadio anno Christi 427, die ix Kal. Januarii.

Ibid. *Νεστόριος*, etc., *ἔτη 7, μῆνας 8'*. Nestorius ordinatur episcopus Constantinopolitane coss. Felice et Tauro anno Christi 428, quarto Idus Aprilis, ut scribit Socrates, lib. vii, cap. 29. At Liberatus Diaconus, cap. 4 sui Brevariarii ordinationem Nestorii peractam fuisse ait Kalendis Aprilis. Quod quidem verosimilius est, nam dies Domini hujus anni, qua ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solite erant, incidebat in Kalendas Aprilis, seu diem primam ejusdem mensis, ut optime docet Pagius contra Baronium et Garnerium, qui Socratis errori astipulantur. Nestorius deponitur anno Christi 431, e. in ejus locum Maximianus consecratur, ut infra videre est.

Ibid. *Μαξιμιανὸς*, etc., *ἔτη 8', ἡμέρας 8'*. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus Maximianum sedisse scribit *ἔτη 8', μῆνα 8', annis 2, mensibus 5*. Ita habet et Socrates lib. vii, cap. 40. At videtur secum ipse pugnare Socrates; nam Maximianus electus fuit episcopus elapso quatuor mensium spatio a Nestorii depositione, ut ait idem scriptor lib. vii, cap. 55: *Τετραμηνιαίου δὲ διαδουμένου χρόνου μετὰ τὴν Νεστορίου καθάρσιν, προχειρίζεται πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν Μαξιμιανὸς ὄνομα, ἀνὴρ ἀσκητικὸς μὲν τὸν βίον ἐν τοῖς πρεσβυτεροῖς δὲ καὶ αὐτὸς ἐτέτακτο*. Elapso igitur quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur episcopus, vir monasticam quidem vitam degens: in presbyterorum tamen ordinem ipse quoque cooptatus. Quod quidem accidit die 2, Octobris, coss. Basso et Antiocho, anno Christi 431, ut narrat laudatus Scriptor, cap. 37 ejusdem libri: *Μαξιμιανὸς τούτου προχειρισθέντος εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐν ὑπατεῖα Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, καὶ τὴν εἰκάδα πέμπτην τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός, ταῦς ἐκκλησιῶν ἠτύχαζε πράγματα*. Cum Maximianus ad episcopatum Constantinopolitanum evocatus fuisset, Basso et Antiocho consulibus, die octavo Kalendas Novembris, Ecclesiarum tumultus quieverat. Moritur autem Maximianus coss. Arcobindo et Aspare anno Christi 454, pridie Idus Aprilis, etc., ut prodit idem Socrates cap. 49 ejusdem libri. Unde apparet Maximianum in episcopa u Constantinopolitano vixisse annis duobus, mensibus quinque, et aliquot etiam diebus; quod quidem non annuadvertit Valesius in Notis ad eundem Socratem, neque Pagius qui rem ex professo, ut atunt, tractat.

Ibid. *Πρόκλος*, etc., *ἔτη 15', μῆνας 7'*. Proclus antiquam Maximiani corpus sepulturae maneretur, ad episcopum qui aderant jussu Theodosii Junioris in episcopatu throno collocatur, ut narrat Socrates, lib. vii, cap. 40, loquens de morte Maximiani, ubi etiam hujus præpropere electionis causam exponit. Hoc quidem accidit, ut tradit idem scriptor paulo superius citato loco, Arcobindo et

Aspice eos, anno Christi 451, pridie Idus Aprilis. Moritur autem Proclus die 24 Octobris ut habetur in Menologio Græcorum ad eundem diem; anno Christi 446, ut nemo dubitat. Igitur sedit in episcopatu Constantinopolitano Proclus, non annos tantum 12, et menses tres, seu annos undecim, ut idem Nicephorus Callisti scribit in *Hist. lib. xiv, cap. 47*, sed annos tredecim et menses aliquot, ut certum est ex prædictis.

Col. 453 D. *Ἐν τῷ ἱερατεῖῳ. In sacris adytis interpretatus sum. At ἱερατεῖον quædam pars fuit: it ecclesiæ omnino incertum est, ut ait Ducangius. Dionysius Areopag. De hierarch. cap. 3, diserte distinguit θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ ἱερατεῖου, ita ut θυσιαστήριον sit quod Græci vulgo βῆμα, Latini presbyterium, vocant: ἱερατεῖον vero, navis ecclesiæ, nam prima secula chorum, qualis est hodie, non agnovere; ut observavimus, inquit Ducangius, in nostra Constantinop. Christ. lib. iii, n. 77. Dionysius igitur loco laudato, ubi duos statuit demortuorum ordines, sic ait: Συναγωγὸν ὁ θεὸς ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγγύθιαι τάξει: ὁ κοκοιμημένος, ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ θυσιαστηρίου κατακλινας αὐτὸν, ἀπέργεται τῆς πρὸς θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέτι μοναχῶν, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλιναὶ πρὸ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως. Quæ postrema verba de portis templi intelligenda sunt. Nam Pachymeres in Paraphrasi non omnino sensum Dionysii percepit, ut nec Allatius in Dissert. de Narthee: is enim est, ut dicat cadaver Monachi aut Fidelis in inferiori ναοῦ parte versus portas templi collocari: ut presbyteri ante portas benamatis. Ea notione forte ἱερατεῖον usurpavit Theophanes anno 14 Zenonis: Οἱ δὲ τοῦ Δίου μοναχοὶ τῆ Κυριακῆ εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν Ἀκακίῳ τὴν ἐπισκοπὴν. Tametsi fatendum ἱερατεῖον interdum pro ipso benamte accipi. Cum igitur ἱερατεῖον sic proprie v. d. ipse, in quo ἱερὸς λαὸς consistebat, inde ἱερατεῖον, dicta plebs, seu *populus episcopo subditus*, qui scilicet ἐν ἱερατεῖῳ ecclesiæ consistit, etc.*

Ibid. *Φλαβιανός, etc., ἔτος α', μῆνας ε'.* Ita habent sanctus Nicephorus in sua Chronographia necnon Menzæ ad diem 16 Februarii, quo Græci sancti Flaviani Procli successoris memoriam celebrant. Theophanis tabulæ, et Zonaras in Theodosio Juniore, per biennium sedisse Flavianum in episcopatu Constantinopolitano ostendunt. At cum Flavianus in exsilium missus sit anno Christi 449, quo et mortuus est, ut scribit Marcellinus, putat Pagius Flavianum non ante annum Christi 447, sedem Constantinopolitanam obtinuisse. Vide laudatum Pægium ad annum Christi 446, n. 8 et seqq., et ad an. Christi 449, num. 14.

Ibid. *Ἀνατόλιος, etc., ἔτη η', μῆνας η'.* De Anatolio vide Baronium ad annum Christi 458, num. 31 et seqq., necnon Pagium ad eundem annum num. 8 et seqq.

Col. 453 A. *Γεννάδιος, etc., ἔτη . . . μῆνας γ'.* S. Nicephorus in Chronographia Gennadium sedisse in episcopatu Constantinopolitano scribit ἔτη ε', μῆνας β', annos tredecim, menses duos. Unde numerus annorum suppletus est, qui in catalogo Nicephori Callisti a blattis et tuncis exesus comparat. Tabulæ Theophanis et Zonaras Gennadio numero rotundo annos 15 ascribunt. Optime igitur mors Gennadii, qui Anatolio in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 458 successerat, assignatur a Baronio anno Christi 471.

Ibid. *Ἀκακίος, etc., ἔτη . . . μῆνας . . .* Perperam Acacius in hoc catalogo Nicephori Callisti bis repetitus est, nimirum ante et post Phraitam, ut apparet ex Chronographia S. Nicephori CP. et ex Tabulis Theophanis; necnon ex aliis scriptoribus. Sed id scribere insectia factum puto, qui pro uno Acacio duos effingit; Acacius siquidem post Gennadium ad Constantinopolitanam turoniam

avectus fuit anno Christi 471, in episcopatu vixit annis 17, mensibus 9, ut habet uterque Nicephorus. Moritur Acacius, ut scribit Theophanes, anno Incarn. secundum Alex. 481, qui Kalend. Septemb. anni Christi 489 inchoatur. His astipulatur Victor Tunnensis qui Acacii obitum Eusebio consule contigisse scribit, nimirum anno Christi 485. Acacius, inquit laudatus scriptor, *Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur, et pro eo Flavianus episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius synodi Chalcedonensis decretorum custos in episcopatu succedit.* Sed quem Flavianum Tunnensis appellat, Nicephorus *Phraitam* vocat. Cæterum Acacius depositus fuit primum a synodo Ephesina quæ Basilisco imperante coacta fuit; deinde a Felice papa. Damnatus autem fuit non ut hæreticus, sed ut hæreticorum autem.

Ibid. *Φραΐτας, etc., μῆνας γ', ἡμέρας ιδ'.* Phraitam huic appellat et sanctus Nicephorus in Chronographia, atque eum tres menses et dies 17 in Constantinopolitano throno sedisse ait. Theophanes Phraitam vocat, eique menses tres episcopatu CP. attribuit. *Flavium* eum nuncupat Nicephorus Callisti, lib. vi, cap. 13. Ita habet et Zonaras qui et menses tres eum semisse attribuit. Victor vero Tunnensis paulo superius citato loco *Flavianum* eum appellat, atque eum tertio promotionis suæ mense mortem obiisse narrat. Quod quidem accipit, ut habet idem scriptor, Eusebio consule anno Christi 489.

Ibid. *Εὐσήμιος, etc., ἔτη ε', ἡμῖσιν.* Theophanis Tabulæ Euphemium annos septem in throno Constantinopolitano sedisse ostendunt. Neque enim, ut secum pugnant ait Pagius, Euphemius episcopatum CP. suscepit anno Christi 499, sed 489, ut patet ex paulo superius laudato Victoris Tunnensis loco. In exsilium vero pellitur ab Athanasio imperatore Euphemius anno 6 ejusdem Augusti, Christi 496, ut tradit Theophanes, non vero anno 5 imperii Anastasii ut habet Cedrenus. Rem pluribus refert idem Theophanes citato loco.

Ibid. *Μακεδόσιος, etc., ἔτη ιε', μῆνας ζ'.* Macedonius anno 6 imperii Anastasii, Christi 496 sedem CP. suscepit; pellitur vero in exsilium ab eodem Augusto coss. Secundino et Felice, anno Christi 511, ut scribit Marcellinus in Chronico, unde fallitur hic Nicephorus Callisti dum et annos sexdecim et menses septem attribuit; metas Theophanes in Tabulis qui ei annos sexdecim utrinque incompletos ascribit. Quod vero dicitur in Chronographia sancti Nicephori Macedonium sex tantum annos Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse, id factum puto scribere incuria qui numerum denarium omisit.

Ibid. B. *Τιμόθεος, etc., ἔτη ε', ἡμῖσιν, ἐπὶ Ἰουστινιανῷ τοῦ Μεγάλου.* Theophanes sex tantum annos Timotheo attribuit, quemadmodum et sanctus Nicephorus in Chronographia. Timotheus siquidem, ejecto Macedonia, invasit episcopatum Constantinopolitanum sub finem anni Carisi 511, ut supra monuimus. Moritur autem Timotheus, ut scribit Theophanes, anno Incarn. secundum Alex. 519, qui Kalend. Septemb. anni Carisi 517 inchoatur. Victor Tunnensis hujus mortem contigisse tradit die quinta mensis Aprilis: *Timotheus, inquit, Constantinopolitanus episcopus obstricta or synodi Chalcedonensis 5 die mensis Aprilis occubuit, et Joanni Cappadoci in cella propria, atque presbytero episcopatum tradidit.* Sic legendum, non vero *Joannem Cappadox.* Cæterum fallitur hic Nicephorus Callisti, dum Timotheum suo Justiniano Magno vixisse ait; nam Anastasio adhuc regnante obiit Timotheus.

Ibid. *Ἰωάννης ὁ Καπαδόσιος, etc., ἐπὶ Ἰουστινιανῷ ἔτος α', μῆνας ε'.* Ita habet et sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P.

Geor. At in nostra Joanni Cappadoci anni quatuor, et menses decem attribuuntur. Tabulæ Theophanis Joannem Cappadocem sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 2 ostendunt. Verum Joannes sedit annum unum menses decem, et aliquot dies, quos Nicephorus neglexit; nam ordinatur episcopus Constantinopolitanus Joannes anno Christi 518, non vero 517, ut ex Victore Tunnensi scribit Baronius: idque accidit die 17 mensis Aprilis. Moritur autem Joannes anno Christi 520, et in ejus locum Epiphanius ejusdem Ecclesiæ presbyter et syncellus ordinatur die 25 mensis Februarii. Quod quidem accidit anno Justinii Thracis tertio, non vero secundo, ut habet Theophanes, Christi scilicet 520. Perperam igitur hic Nicephorus Callisti Joannem sub Justiniano vixisse scribit. Fallitur et Baronius qui Joanni Cappadoci annos tres attribuit. Ceterum Joannes hic Cappadox primus fuit, ut aiunt, qui titulum patriarchæ œcumenici ausus est usurpare.

Col. 456 B. Ἐπιφάνιος, etc., ἔτη ις', μῆνας γ'. Sic etiam sanctus Nicephorus in Chronographia et Theophanes Epiphанию episcopo Constantinopolitano annos sexdecim menses tres attribuunt. Hæc laudatus Theophanes anno 10 Justiniani, Christi 536: Τοῦτω τῷ ἔτει Ἐπιφανίου ἐπίσκοπου τελευτήσαςτος; μηνὶ Ἰουλίῳ ε', ἡμέρ. ιε', ἐπισκοπήσαςτος; ἔτη ις', καὶ μῆνας γ', Ἄνθιμος ἀρετικὸς ἐπίσκοπος Τραπεζουσιῶν μετετέθη εν Κ.Π. Ἦος anno Epiphania præsulæ, mensis Junii die quinto, indictione decima quinta, post episcopatum annos sexdecim, et menses tres vivis erepto, hæreticus Anthimus Trapezuntinus episcopus in sedem Constantinopolitanam translatus est. At Theophanes secum ipse pugnare videtur, nam anno 2 Justinii Thracis Epiphanium thronum Constantinopolitanum conscendisse scribit die 25 Februarii anni Christi 520, unde non annos 16, sed 17, et menses tres Epiphanium sedisse dicendam erit. Verum Pagus mendaci arguit Theophanem ex aliis monumentis, et sic Epiphanii obitum congruissimum ait anno Christi 535, mensis Junii die 5, indictione 15 post episcopatum annos 15, et menses 5. Vide Pagium eodem anno num. 9.

Ibid. Ἀρθίμος, etc., μῆνας ε'. Sanctus item Nicephorus in Chronographia et Theophanes anno 10 imperii Justiniani Anthimo menses decem assignant: qui quidem scriptor secundus Anthimum hæreticum ab Agapeto papa, dum Constantinopoli esset, et sede dejectum scribit. Fallitur autem laudatus Theophanes, ut monet Pagus, dum hæc anno 10 Justiniani narrat; nam Anthimus sedem Constantinopolitanam occupat mense Junio anni Christi 535, deponitur vero mense Martio anni sequentis; unde decem illi menses sedis Anthimi utrinque incompleti fuere.

Ibid. Μηνάς, etc., ἔτη ις', μῆνας ζ'. Menas ordinatus est episcopus Constantinopolitanus die 15 mensis Martii anni Christi 536. Moritur autem mense Augusto anni Christi 552, ut plures ostendit Pagus num. 17 eodem loco; unde menses illi sex utrinque incompleti fuere.

Ibid. C. Ἐν τῷ Ἰσραελῶ. Ita habet et Theophanes, ubi ipsius interpretes verum in sacris adytis; quoniam et nos supra n. 555, hæc vocem interpretati sumus; sed quid Ἰσραελῶ significet pluribus ibi exponimus.

Ibid. Εὐθύ. ις', etc., ἔτη ιβ', μῆνας ε'. Eutychio Tabulæ Theophanis ante depositionem annos tredecim assignant; sanctus Nicephorus in Chronographia annos duodecim et menses duos eidem attribuit; Eustathius vero in hujus sancti patriarchæ Vita cap. 4, annos tantum duodecim eidem ascribit. Verum Eutychius mense Augusto anni Christi 552, non vero anni 553, ut perperam credidit Baronius, ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus, ut aperte ostendit Theophanes, qui Eutychium eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris

adytis expositum jaceret, in ejus locum suffectum fuisse scribit. Pellitur vero e sede Eutychius a Justiniano, quod ejus impio edicto subscribere nollet die 22 Januarii anni 565, ut scribit laudatus Eustathius; unde optime scribit Nicephorus Callisti Eutychium ante persecutionem sedisse annos 12 et menses quinque. Fallitur autem Baronius, uti observat Pagus, dum edictum illud Justiniani anno Christi 565 consignat, et exsilium Eutychii in annum sequentem congerit. Nam edictum Justiniani, ut scribit Pagus, initio anni 565, emissum esse ex Theophane cum Eustathio collato magis confirmatur. Hic enim cap. 5, testatur Eutychium e palatio in monasterium quoddam ab Eutherio deportatum fuisse: quo in loco postquam diem unum moratus esset, collocarunt eum in alio monasterio prope Chalcedonem. Post diem octavum conventus episcoporum convocatus, et Eutychius ad causam dicendam citatus; cumque comparere recusasset, in insulam Principis dictam, quæ in Astaceno sinu Propontidis sita, translatus est, ubi tres hebdomadas sub militari custodia egit, indeque Amasiam Helenoponti metropolim, in quo primum monachus, ac dein archimandrita fuerat. Vide Theophanem ad annum 58 imperii Justiniani.

Ibid. Ἰωάννης Σχολαστικός, etc., μεθ' ἡμέρας γ', ἔτη ιβ', μῆνας ζ'. Joannes Scholasticus ordinatur episcopus Constantinopolitanus, ut scribit Theophanes ad annum 38 Justiniani, die 12 mensis Aprilis, in quam anno Christi 553 Dominica cadebat: nam ibi laudatus Theophanes loquitur de depositione Eutychii (quæ, ut paulo superius diximus ex Eustathio, contigit die 22 Januarii ejusdem anni) occasione ordinationis Joannis. Moritur autem Joannes, ut scribit idem Theophanes, die tricesimo primo mensis Augusti, indictione decima, hoc est, anni Christi 577, ex quibus apparet Joannem sedisse annos 12 et menses quinque, utrinque incompletos. Ceterum in Tabulis Theophanis recte Joanni anni 12 assignantur, neglectis scilicet mensibus.

Ibid. Εὐθύχιος ἔτη δ', μῆνας ζ'. Eutychius patriarcha haud diu post Joannis Scholastici mortem in sedem Constantinopolitanam restituitur, hoc est, die tertia mensis Octobris, ut scribit Eustathius in hujus sancti patriarchæ Vita, anni Christi 577, non vero 578, ut putat Baronius. Quod confirmatur ex Theophane, qui anno Incarnat. secundum Alex. 570, qui kalendis Septembris anni Christi 577 inchoato, ait: Τοῦτω τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἡνδὶκτιῶν ια', Εὐθύχιος ἀπέλαβεν τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως. Ἦος anno mense Octobri, indictione undecima, Eutychius thronum Constantinopolitanum secundo accepit. Moritur autem Eutychius die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit idem Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. 574 kalendis Septembris superioris Christi anno inchoato: Τοῦτω τῷ ἔτει μηνὶ Ἀπριλίῳ ζ', ἡνδὶκτιῶν ιε', ἐτελευτήσας Εὐθύχιος ὁ πατριάρχης, καὶ ἐχειροτονήθη μετὰ εἴς ἡμέρας Ἰωάννης δακρυότης τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ Νηστευτής. Ἦος anno, die sexto Aprilis, indictione decima quinta, Eutychius patriarcha diem ultimum obiit: et post dies sex Joannes Magnæ Ecclesiæ diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est. Quod patet etiam ex Eustathio in ejus Vita cap. 10. Unde apparet Eutychium secundo Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis quatuor, mensibus sex, et diebus aliquot.

Ibid. D. Ἰωάννης διάκονος, etc., ὁ Νηστευτής ἐπὶ Μαυρικίον ἔτη ιγ', μῆνας ε'. Joannes Jejunator consecratus est episcopus Constantinopolitanus post dies sex a morte Eutychii, quæ accidit die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit Theophanes paulo superius citato loco; igitur ordinatio Joannis accidit die duodecima Aprilis ejusdem anni, in quam illo anno Dominica faci-

debat. Moritur autem Joannes anno Chris i 593, ut patet tum ex utroque Nicephoro qui eadem annos tredecim et menses quinque assignant, tum etiam ex Menologio Basilii imp. ad diem secundum mensis Septembris, cujus pars in tomo vi Italice sacrae exstat; ubi eidem Joanni anni quoque tredecim, et menses quinque attribuantur. Cur autem hujus patriarchae mortem Baronius anno sequenti consignaverit pluribus docet Pagius, qui, ut mihi videtur, nodum egregie solvit. Cæterum non abs re patriarcha iste a pluribus reprehenditur tanquam ambitiosus, eo quod synodum Constantinopoli celebraverit, ut œcumenici titulum synodali judicio sibi confirmaret.

Col 436 D. Ἐχειροτονήθη μὲθ' ἡμέρας . . . ἐπὶ τῆς βασιλικῆς Τίεφρου. Sic locus hic mutilus ex Theophanis paulo superius citato loco restituendus est: Ἐχειροτονήθη μὲθ' ἡμέρας 25, etc., nimirum Joannes consecratus est post dies sex a morte Eutychii.

Ibid. Ταλευτῆ δὲ τῷ ἰδ' ἔτει τῆς Μαυρικίου βασιλείας. Hinc manifesto liquet Joannem mortem obiisse anno Christi 595, cum annus quartus decimus imperii Mauricii huic anno Christi respondeat.

Ibid. Κυριακός, etc., ἔτη ια'. Cyriaco patriarchæ undecim etiam annos assignant Theophanes et sanctus Nicephorus in Chronographia; electus enim ille fuit episcopus Constantinopolitani anno Christi 595, non vero anno 594, nempe sub indictione 12, ut perperam tradit scriptor Chronici Alexandrini: qui tamen scriptor optime Cyriaci mortem consignat anno 4, post consulatum Ponce Aug ii, indictione 9, hoc est, anno Christi 603. Τοῦτο, inquit, τῷ ἔτει, τελευτῆ Κυριακῆς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, μὴν Ἰπερβριετίου, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ κθ', ἡμέρα ζ', καὶ κ δεύεται τῇ τριακοστῇ τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρα πρώτη, καὶ ἀπετέθη τὸ αὐτοῦ λείψανον πρὸς συντήρησιν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις. Hoc anno, Cyriacus patriarcha Constantinopolitanus moritur mense hyperbretwo, secundum Romanos Octobri die 21, feria 7; illiusque funus curatum est 30 ejusdem mensis, feria 1, et depositum est corpus illius juxta morem receptum in aede sanctorum Apostolorum. Quod vero hic ait scriptor Chronici Alexandrini, Cyriaci corpus depositum fuisse juxta morem receptum in aede sanctorum Apostolorum, id verum esse ostendit Evagrius lib. iv, cap. 30, ubi loquitur de aede sanctorum Apostolorum condita vel instaurata a Justiniano: Ἐν ᾧ οἱ τε βασιλεῖς, οἱ τε ἱερωμένοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, in qua et imperatores et pontifices debitam sepulturam consequuntur. Hujus autem consuetudinis seipsum potius sanctionis hanc causam reddit Sozomenus, lib. ii, cap. ult.: Ἀπὸ τούτου δὲ, ὡς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ γενομένου καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεῖς; Χριστιανοὶ κείνται, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερουπόλεως ὁμοτίμου τῆ βασιλείας οὐσης, μᾶλλον μὲν εὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς, τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἐχοῦσης. Ab eo igitur tanquam ex hujus rei auctore consuetudine ducta, imperatores Christiani post mortem Constantinopoli sepeliuntur, atque etiam ipsi episcopi: quippe cum dignitas sacerdotalis imperii dignitati pur sit, imo verò in locis sacris primas partes obtineat. Id autem factum esse a tempore Constantini Magni docet Socrates, lib. ii, cap. 26, de Constantino: Ἀποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπιφανέστῃ Ἀποστόλων, ἣν δὲ αὐτὸ τοῦτο πεποήκει, ὅπως ἀνοίρασι εἶς καὶ ἱερεῖς τῶν ἀποστόλων λείψανον μὴ ὑπὸ αὐτῶν πάνοντο. In ecclesia Apostolorum deponitur, quam idcirco aedificaverat, ut et imperatores et pontifices apostolicis non destituerentur reliquiis. Postmodum vero patriarchas Constantinopolitanos passim humatos fuisse in aede sanctorum Apostolorum legimus. Reliquos autem quos aut patriarchalis, aut

A Augustalis dignitas non ornasset, in laudata aede sanctorum Apostolorum sepeliri vetant Gratianus, Valentinianus, et Theodosius Augusti in l. 6. Cod. Th. De sepulcris violatis. Sed vide quæ lib. vi de sepulcris imperatorum annotavimus.

Ibid. Θωμᾶς διάκωρος, etc., ἔτη γ', μῆνας β'. Item Nicephorus Callisti, lib. xviii, cap. 44, huic patriarchæ annos tres et menses duos attribuit. Huic consentiunt Menologium Basilii imperatoris; vetustum Synaxarium ms. Collegii Parisiensis Ludovici Magni, et Menæa excusa, ac miss, ut videre est apud Bollandum ad diem 20 Martii, quo sancti Thomæ festum occurrit. At sanctus Nicephorus in Chronographia Thomæ annos tres et menses quinque assignat; sed perperam; quippe Thomas ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus die 23 Januarii anni Christi 607, ut habetur in Chronico Alexandrino: Τοῦτω τῷ ἔτει, μὴν Ἀδουναίῳ, κατὰ Ῥωμαίους κγ' Ἰανουαρίου, γέγονε

B πατριάρχης ἐν Κωνσταντινουπόλει Θωμᾶς, ἀπὸ διακόνων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ σακελλαριος τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπίκου τῶν χειροτονίων. Hoc anno, mense Audyano, secundum Romanos 23 Januarii, dictus est patriarcha Constantinopolitanus Thomas ex-diacono Magnæ Ecclesie, et sacellarius patriarchæ, ac ordinationibus præpositus; unde fallitur Theophanes, qui anno Incarnat. secundum Alex. 598 kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, pro sit Thomam sanctum Octobris die undecimo in locum Cyriaci succentum esse. Moritur autem Thomas indictione xiii, anno scilicet Christi 610, die 20 mensis Martii, qui incidat in feriam sextam, et die 22 ejusdem mensis, quæ erat Dominica sepelitur, ut narrat idem scriptor Chronici Alexandrini: Τοῦτω τῷ ἔτει, μὴν Ἀύστῳ, κατὰ Ῥωμαίους, Μαρτίῳ κ', ἡμέρα ζ', τελευτῆ Θωμᾶς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ κηδεύεται τῇ κγ' τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρα α'. Cæterum ab hoc Thomas exstructum fuisse Triclinium illud, quod Thomaites dicebatur, auctor est Nicephorus Callisti lib. xviii, cap. 44. Sed vide quæ de hoc Triclinio habet Ducangius, lib. ii, n. 8.

Ibid. Σέργιος διάκωρος, etc., τῶν ἐν . . . καὶ γιάτῃ τῶν λιμένων πτωχείων, etc., ἔτη κη', μῆνας ζ'. Locus hic mutilus suppleri aliquo modo potest ex Chronico Alexandrino, ubi sic de Sergio habetur: Σέργιος διάκωρος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πτωχοτρόφος, φρουρὸς λιμένων. Quod sic interpretatur Ducangius: Sergius, Magnæ Ecclesie Constantinopolitane diaconus, et ptochiorum præfectus, custos portus. Sed perperam ibi in notis monet laudatus Ducangius: Alius, ni fallor, a Sergio, quem diaconum duntaxat indignant scriptores. Sergio autem hic licet esset Magnæ Ecclesie diaconus, tamen a Syris et Jacobitis generis originem traxit, ut testatur idem Nicephorus Callisti, lib. xviii, cap. 44. Quid vero significet πτωχείων, vide Ducangii Gloss. Græc. eodem v.

D Quod autem attinet ad hujus sedis tempus, cum sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 29, ostendunt Tabulae Theophanis; sanctus vero Nicephorus in Chronographia ex editione doctissimi P. Goar eidem assignat annos 21, dies 21, ex nostra editione annos 28, menses 7, dies 21. Certum tamen est ex Chronico Alexandrino, Sergium successisse S. Thomæ die octavo Aprilis, indictione xiii, hoc est, anno Christi 610, qui dies illo anno in Sabbatum sanctum incidebat. Sed ibi in eodem Chronico pro die octavo Aprilis scribendum esse die 18 docet Petavius in Notis ad Nicephorum, ubi de morte Sergii agitur; cujus quidem integra verba, quæ ad hujus patriarchæ sedis annos spectant, hic exscribere post verba s. Nicephori libet: Κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην Ἰνδικτιῶνα τελευτῆ Σέργιος, ὁ τοῦ Βυζαντίου πρόεδρος, etc. Indictione duodecima Sergius Constantinopolitanus patriarcha moritur. Ubi istæc monet Petavius;

Indictio hæc a. 638 inchoata est, Heraclii 29. Quare a 639 ejus obitus notatur in Magnis Annalibus, cum sedisset a. 28, dies 21, ut est in Chronico Nicephori: sed falso. Nam ab eo constat Heraclium esse coronatum. Ergo ejus initium in Annalibus notatur a. C. 608, indict. 11, Phocæ 6, adeo ut 32 annos ei Ecclesie præfuerit. Verum Theophanes 29 sedisse tantum asserit. Qua ratione anno Christi 610 episcopatum iniiit, Phocæ imperatoris ultimo. Ultimus vero ejus annus incurrit in 638, indict. 11, Heraclii 28. Alexandrinum Chronicon, pag. 875, annum illum, quo Sergius patriarcha creatus est, multiplici caractere designat. Siquidem Martii 20, feria 6, mortuum refert Thomam illum antecessorem: qui 22 mensis ejusdem sepultus est, Dominica die. Postea vero Aprilis 8, indict. 13, Sabbato magno Sergium creatum pontificem. Subjicit et alium feriae characterem, Octobris 3, indict. 14, Sabbatum fuisse, de quo supra disputatum est. Annus ille procul dubio Christi est 610, cyclo solis 3, I. I. Dom. D. Ideo Martii 20, feria 6, et 22, Dominica. Cyclo lunæ 3, terminus Paschalis 15 Aprilis, Cyclo solis Constantinopolitanus 26, concurrentes, sive epactæ solis 3, quæ cum regularibus diei dant feriam 2. Quare Pascha Aprilis 19, et Sabbatum magnum 18 ejusdem. Unde in Chronico pro 8 rescribendum 18. Ex hac observatione superiorum patriarcharum seriem eundem in Annalibus corrigas. Veluti cum Thomæ primus annus comparatur cum a. 606, Phocæ 4. In quo suffragatores quidem, quod ad Phocæ annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, sed utrumque errore lapsum. Nam cum Theophanes Thomæ tres annos tribuat, et a. 4 Phocæ primum illius numeret, Sergii primum duobus annis accomodat, 7 et 8. Longe melius in Alexandrino Chronico Cyrillus e vivis excessisse dicitur Octobris 29 die Sabbati, curatumque illius funus postridie Domini. Fuit hic annus 607, cyc. solis 27, lit. Dom. B, indict. 10, Phocæ 4 pene absoluto. Sequenti a. 607, Phocæ 5, indict. 10, post Cos. Phocæ a. 4 Januarii 25 creatus est Thomas. Sedit itaque a. 3. Nicephor. in Chron. tribuit a. 5, m. 5. Sed interregni spatium complexus est. At vero corrigendum rursus Chronicon, dum Phocæ 5, quo creatus est Thomas indict. 10 notat post consulatum Phocæ 3. Siquidem Phocæ primum inchoatur, ex eodem Chronico, indict. 6 Novemb. 25 Dominica, cum die 23, feria 6 inauguratus esset a Cyrillo. Annus est Christi 602, cyclo solis 25, lit. Dom. G. Anno 603, indict. 6, Phocæ consulatum iniiit. Ergo anno 604, Phocæ 2, indict. 8, numerari cœpit post ejus consulatum 1, anno deinde 605, Phocæ 3, indict. 8, annus fuit post consulatum 11. Itaque a. 606 Phocæ 4, indict. 9, est ab ejus consulatu 11. Annus vero 607 Phocæ 5, indict. 10, post ejus consulatum ordine 14 est. Male igitur in Græco, indict. 9 et 10 bis iteratur τὸ γ'. Hæc paulo accuratius a nobis excussa sunt, ut et illorum temporum historie, et luculentissimo Chronico a qua ex parte consulatur. Sic Petavius. Unde apparet optime S. Nicephorum Sergio tribuisse annos 28, menses 7, dies 21. Vide quia post Petavium habet Pagius ad annum Christi 639, n. 8.

Col. 456 D. Πύρρος πρεσβύτερος, etc., ἔτη β', μῆνας θ' ἡμέρας θ'. Idem temporis spatium Pyrrho assignat et sanctus Nicephorus in Chronographia. At vero Theophanes annos tres eidem attribuit. Cerium est enim Pyrrhum Sergio successisse anno Heraclii 50, Christi 639, mense Januario, sed quæ die non liquet. Pellitur autem e sede Pyrrhus anno ab Heraclii morte altero, ac in eius locum Paulus instituitur mense Octobri, indictio. e 15, ut habent Theophanes et Cedrenus: quibus asupulatur et sanctus Nicephorus in Breviario historico. Igitur anno Christi 641, eodem quo Heraclionas obiit,

A ejectus est Pyrrhus, non vero anno 642, ut perperam habetur in Annalibus; siquidem indictio 13 iniiit anno 641 mense Septembri. Vide Petavii eruditissimas notas ad sancti Nicephori Breviarium historicum; quas sæpe Pagius ad verbum, ut aiunt, exscripsit. Ceterum quod ait hic Nicephorus Callisti, Pyrrhum a Philippico et Gordia constitutum fuisse temporis ratio non admittit.

Col. 457 A. Παῦλος πρεσβύτερος, etc., καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ἔτη β', ἡμέρας κς'. Totidem annos totidemque dies Paulo attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia. Verum Zonaras et Theophanes tam in Chronico quam in tabulis eidem insertis Paulo annos duodecim assignant. Sic idem Theophanes in Chronico: ΚΠ. ἐπίσκοπος Παῦλος ἔτη ιβ', Episcopatum Constantinopolitanum annos duodecim Paulus obtinuit. At cum Paulus iste ordinatus sit mense Octobri indictmente 15, hoc est, anno Christi 641, uti supra demonstravimus, obieritque inter diem decimum nonum mensis Decembris anni sexcentissimi quinquagesimi quarti, et diem 13 mensis Martii anni insequentis, necesse est, eum sedisse annos tredecim, et menses aliquot, uti pluribus docet Pagius ad annum Christi 651. Ceterum ἐπὶ τῶν φυλακῶν interpretatus sum super custodias secutus veterem interpretationem concilii Constantinopolitani sub Mena, Act. 3. Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος ἐκκλησιαστικός, καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, εἶπε. Ubi iustus interpres: Ecclesie advocatus, et super custodias. Unde apparet φυλακῆς seu carceribus præfuisse Ecclesie officialem, qui ἐπὶ τῶν φυλακῶν dicebatur.

Ibid. Πύρρος ἀποκατέστη, etc., μῆνας δ', ἡμέρας κγ'. Pyrrho postquam restitutus est in sedem CP. menses item quatuor ac dies 25 attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia, necnon Theophanes in Chronico ad annum Incarnati secundum Alex. 644, qui Kalend. Septemb. anni Christi 652 inchoatur. Quare Pyrrhi mortem biennio anticipat, quemadmodum Baronius triennio. Ex dictis, inquit Pagius, liquet mortem Pyrrhi contigisse anno sexcentesimo quinquagesimo quinto.

Ibid. Τὰ ὅλα ἔτη αὐτοῦ, etc., ἔτη γ', μῆνας εἰς, ἡμέραι β'. Fallitur hic Nicephorus in computandis annis totius temporis episcopatus Pyrrhi, nisi librarius loco ἡμέραι ιβ', qui numerus optime quadrat, per errorem scripserit ἡμέραι β', omisso λ.

Ibid. Πέτρος διάκονος, etc., καὶ περιόδου τῆς Ἑλληνικῆς, καὶ γρηγορέως τοῦ ἀγίου Κλήμεντος ἔτη ιβ', μῆνας δ'. Petrus hic qui eadem heresi infectus fuit, substituitur in locum Pyrrhi eodem anno Christi 655. Hunc mortem obisse scribit Zonaras post annos sedis duodecim; totidemque anni in Tabulis Theophani insertis eidem tribuuntur. In Chronographia sancti Nicephori perperam ei anni duo et menses septem assignantur. Hunc etiam deceptus Baronius annos duos eidem tribuit. At Pagius Petrum ultra annos undecim et menses septem vitam in episcopatu Constantinopolitano protrahere non potuisse scribit; diemque ultimum obiisse anno Christi 666. Tarasius quippe in actione 2 sextæ synodi generalis de Monothelitarum hæresi loquens: A Petro, loquit, usque ad sextam synodum non plures anni transierunt quam quindecim; quinque intermedio eo tempore pontifices fuerunt, Thomas, et Joannes, et Constantinus a prædictis hæreticis fuerunt ordinati: nec propterea reprobati sunt. Quare cum prædicta synodus sexta anno Christi 680 celebrata fuerit, et ex annis quibus Petri successores usque ad sextam synodum, prout ipsemet S. Nicephorus scribit, sederunt, manifesto constat Petrum non ante annum sexcentessimum sexagesimum sextum extinctum fuisse. Ceterum περιόδου, hoc est,

visitator, iustrator, circitor seu ut Ducangius, *A* *circator*, dignitas est hodie in majoribus ecclesiis, cuius munus describit Catalogus Allatianus: 'Ο περιδευτής· περιπατών και παιδευόμενος; τούς θελοντας· βαπτισθήναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. Ea dignitas est ex ordine presbyterorum, ut scribit Joannes episcopus Citri in Responsis ad Cabasilam pag. 328. Εἰσὶ δὲ καὶ ἑτέρα ὀφφίζια, ἅπερ μάλιστα τοῖς λεγούσιν ἀρμόζουσιν· ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, ὁ ὄργανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἐκδικοί, ὁ ἄρχων τῶν ψαλμῶν, ὁ νομοδέτης· καὶ ὁ περιδευτής. Vide quae de hac dignitate habent Ducangius et Meursius in Gloss. Græc. eodem v.

Col. 457 B. *Θωμάς διάκονος, etc., ἔτη β', μῆνας ζ.* Postquam igitur Ecclesia Constantinopolitana orbata esset pastore mensibus sex, diebus sedecim, in locum Petri defuncti eligitur Thomas; sed cum mensis, quo obierat Petrus a scriptoribus non indicetur, num Thomas defunctus fuerit anno Christi 676, quo Petrus defunctus dicitur, vel sequenti, nescitur. Thomam vero e vivis excessisse putat Pagius anno tantum sexcentesimo sexagesimo octavo, vel sequenti. Huic annos tres assignant Theophani insertæ Tabulæ. Zonaras in Constante Aug. et sanctus Nicephorus in Chronographia idem temporis spatium eidem attribunt, quod Nicephorus Callisti. Cæterum Thomæ apologium contra Baronium adornare conatus est Pagius.

Ibid. *Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ πρωτεύδικος, etc., ἔτη δ', μῆνας . . . .* Sanctus Nicephorus in Chronographia huic Joanni annos quinque et menses novem assignat. Tabulæ insertæ Theophani eidem annos sex attribunt. At Joannes, ut putat Pagius, successit Thomæ in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 668, vel sequenti. Moritur, ut idem scribit, anno Christi 674, aut circiter. Cæterum *πρωτεύδικος* dicitur *primus defensor Ecclesiæ*. Vide Ducangii Gloss. Græc. v. *Ἐκδικος*.

Ibid. *Κωνσταντῖνος καγκελλάριος, etc., ἔτη η', μῆνας ια', ἡμέρας ζ.* Perperam hic Nicephorus Callisti huic Constantino annos octo, menses undecim, et dies septem ascribit; nam in Tabulis Theophani insertis eidem assignantur anni duo. Sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P. Goar eidem attribuit annum unum, menses octo, et dies septem: Constantinus quippe sedem Constantinopolitanam anno Christi 674 accepit: moritur vero anno 676, ut pluribus docet Pagius.

Ibid. *Θεόδωρος πρεσβύτερος, etc., ἔτη β'.* Huic Theodoro in Tabulis Theophanis anni duo assignantur, quemadmodum et in Chronographia sancti Nicephori, nisi quod ibidem menses insuper tres eidem attribuuntur. At Baronius, qui annos decem Petro uni e decessoribus Theodori ademerat, loco *annos duos, annos duodecim* legendum contendit, et sic annos duodecim sedisse Theodorum asserit; sed falli hac in re doctissimum cardinalem ostendit Pagius: qui etiam scribit Theodorum thronum Constantinopolitanum nactum fuisse anno Christi 676, et ab eadem sede dejectum anno 678. Cæterum qua de causa Theodorus patriarchatu spoliatus fuerit, non satis liquet, licet Baronius id factum putet ob hæresis causa.

Ibid. C. *Γεώργιος πρεσβύτερος, etc., ἔτη ε', μῆνας γ'.* Perperam huic Theodoro tribuuntur anni tres totidemque menses in Chronographia sancti Nicephori ex editione R. P. Goar, et in nostra anni duo, menses tres. Potior fides habenda hæc in re Theophani qui ad annum 17 Constantinii Pogonati loquens de Georgio ait, annum patriarchatus ejus tertium numeratum fuisse, cum ageretur sancta œcumenica synodus, additque eidem post synodum alios tres in dignitate exactos esse: *Ἰατροαρχὸς ὄντος ἐν τῇ ἀπὸ οἰκουμένης συνόδῳ*

*Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου ἔτος ἄγοντος τῆς πατριαρχίας γ', καὶ μετὰ τὴν σύνολο πατριαρχήσαντος ἄλλα ἔτη γ'. Patriarcham nimirum agente in sancta œcumenica synodo Georgio, cuius patriarchatus annus tertius numerabatur: cuique post synodum alii tres in dignitate exacti sunt. In Tabulis Theophani inseritis anni etiam sex Georgio attribuuntur. Georgius igitur anno Christi 678 patriarchatum suscepit. Moritur autem, seu, ut scribit hic Nicephorus Callisti, e sede pellitur, anno 685.*

Ibid. *Καὶ ὁ Θεόδωρος ἀδελφὸς, etc., ἔτος α', μῆνας ι'.* Theodoro restituto Nicephorus in Chronographia tam ex editione Scaligeriana quam R. P. Goar annum unum et menses tres assignat; at in nostra editione annus unus et menses decem eidem attribuuntur; et ita habuit exemplar, quo usus est Baronius. Verum hæc in re potior fides habenda Theophani qui eum in Tabulis tum ad 17 Constantinii Pogonati Theodoro restituto annos tres ascribit. Igitur Theodorus restitutus fuit post Georgium anno Christi 683, et pervenit usque ad annum 686. Fallitur itaque hic Nicephorus Callisti dum Theodori totum episcopatus tempus annis tribus et mensibus aliquot coarctat, ut ex prædictis liquet.

Ibid. *Παῦλος ἀπὸ λατῶν, etc., ἔτη ε', μῆνας η'.* Totidem anni totidemque menses Paulo attribuuntur et in Chronographia sancti Nicephori. At Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantinii Pogonati eidem annos septem assignat. Igitur Paulus qui Theodoro successit anno Christi 686, mortem obiit anno 695. Cæterum quod dicitur Paulus ex laico a secretis electus, id etiam confirmat Agatho in sua Peroratione, ubi scribit, se cum eodem Paulo tum laico et imperatori a secretis, universa in sexta synodo mota, quæsitæque ordine assectatum esse, seque Actorum sextæ synodi scribam existitisse.

Ibid. *Καλλιπικὸς πρεσβύτερος, etc., ἔτη ιβ'.* Huic patriarchæ tam Nicephorus in Chronographia, quam Theophanes in Tabulis annos duodecim assignat. Successit quippe Paulo anno 9, Justiniani 2, Christi 695. Pellitur e sede Callinicus ac orbatas oculis Romam relegatur anno 1 Justiniani Rhinotmeti secundo imperantis, hoc est, anno Christi 705. Cæterum non Callinicus patriarcha, ut putavit Baronius, sed Paulus synodo Trullianæ præfuit, uti pluribus ostendit Pagius.

Ibid. D. *Κύριος πρεσβύτερος, etc., ἔτη ε'.* Theophanes anno 1 Justiniani Rhinotmeti secundo imperantis, nimirum Christi 705, Cyrum in locum Callinici successum fuisse scribit: *καὶ ἀντ' αὐτοῦ Κύρον ἐν τῇ νήσῳ Ἀμαστρίδος ἐγκλειστον ὄντα, ὡς προστάξαντα αὐτῷ τὴν τῆς δουτέρας βροσικίας ἀποκατάστασιν προεβάλετο. Et in ejus locum Cyrum quemdam in Amastri insula monachum inclusum, quod imperii secundogenerandi vaticinium edidisset, suffecit.* Huic patriarchæ tam in Chronographia sancti Nicephori, quam in Tabulis Theophanis anni sex assignantur. At perperam idem Theophanes ad annum 11 Constantinii Pogonati annos duos eidem patriarchæ attribuit. Pellitur autem a Philippico e sede Cyrus statim primo imperii ipsius anno; cuius quidem initium alii numerant a die 15 Augusti, alii a mense Decembris anni Christi 711.

Cæterum Baronius huic patriarchæ titulum confessionis ascribit, et Boilandus ad diem 8 Januarii eum inter sanctos collocat, quod Græci eodem die in Menæis eum celebrant tanquam religionis causa extorem.

Ibid. *Ἰωάννης διάκονος, etc., ἔτη δ', μῆνας . . . .* Huic patriarchæ tam in Chronographia sancti Nicephori quam in Tabulis Theophanis insertis anni tantum tres assignantur. Idem habet laudatus Theophanes in Chronico ad annum 17 Constantinii Pogonati, ubi sic legitur: *Μετὰ δὲ ἔτη*

γ. τελευτήσαντος Ἰωάννου, μετατεθῆναι Γερμανὸν ἀπὸ Κυζίκου, etc. *Post annos tres vero mortuo Joanne, Germanus Cyzico translatus est, etc.* At si initium primi anni imperii Philippici sumendum est a die 15 Augusti anni Christi 711, ut nonnulli putant, anni quatuor optime videntur attribui huic patriarchæ a Nicephoro Callisti; siquidem Philippicus, uti supra diximus, ipso sui imperii initio, dejecto e sede Cyro, Joannem quemdam, ut scribit Theophanes, improbitalis ac pravæ opinionis consortem in ejus locum substituit: Κύρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξώθησεν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμμύστην καὶ συναίρετικὸν προεβίβλετο. *Cy-ro vero patriarchæ sede ab eo dejecto, Joannem quemdam improbitatis et pravæ opinionis consortem in ejus locum promovit.* Germanus e Cyzicena metropoli transfertur atque in locum Joannis substituitur anno 2 Artemii, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, hoc est, anno Christi 715, ut tradit laudatus Theophanes ad eundem Artemii annum: Τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βσιλείας Ἀρτεμίου, τοῦ καὶ Ἀναστασίου, γ' ἡ-δixτ., μὴν Αὐγούστου α', μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως Κυζίκου εἰς ΚΠ. *Eodem porro secundo anno imperii Artemii, qui etiam Anastasius, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, e Cyzicena metropoli CP. Germanus translatus est.* Cæterum fallitur Baronius, uti optime monet et Pagius, dum Joannem hunc depositum fuisse ait, teste Theophane, cum Theophanes contraria scribat ad annum 17 Constantini Pogonati; quem quidem Theophanis locum paulo superius proponimus. Zonaras Joannem post triennium exauctoratum fuisse narrat; verum cum nemo alius, quod sciam, hujus depositionis meminerit, potior præcul dubio hac in re fides habenda Theophani.

Col. 457 D. *Γερμανὸς ὁ μέγας, etc. 87η ἰδ'.* Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati et in Tabulis Germano patriarchæ annos quindecim assignat. At idem Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri eidem annos quatuordecim, menses quinque, et dies tres attribuit. De hujus patriarchæ sedis tempore sic scribit Pagius: Quare cum episcopus Constantinopolitanus die 11 mensis Augusti anni Christi 715 consecratus fuerit Germanus, ut patet ex Theophanis capite præcedenti laudato loco, liquet Baronium sancti Germani ordinationem in annum 714 perperam contulisse; sic enim non annos quatuordecim, sed quindecim integros cum aliquot mensium appendice pontificatum tenuisset. Liquec secundo, loco horum verborum, *dies tres*, legendum esse cum Anastasio, auctore Miscellæ, et Cedreno, *dies septem*. Sic Pagius. At perperam; nam melius legendum *dies tres*; siquidem a die 11 mensis Augusti, anni Christi 715, quo Germanus consecratus fuit episcopus Constantinopolitanus ad diem 22, anni Christi 750, quo Anastasius in ejus locum suffectus est, intercedunt anni quatuordecim quinque et dies tres.

Ibid. *Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, etc., 87η κδ'.* Huic imprimis Anastasio annos viginti quatuor assignat et Theophanes non solum in Tabulis, sed etiam ad annum 17 Constantini Pogonati. Eundem aunorum numerum ipsi attribuit sanctus Nicephorus in Chronographia ex nostra editione; at ex editione R. P. Goar anni 21 perperam eidem ascribuntur; siquidem Anastasius die vicesima secunda mensis Januarii anni Christi 750, in locum Germani depositi substituitur, ut scribit Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri: Τῇ δὲ κβ' τοῦ αὐτοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς χειροτονοῦσιν Ἀναστάσιον τὸν ψευδώνυμον μαθητὴν καὶ σύγκλητον τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Γερμανοῦ συνθέμενον τῇ Λέοντος ἀσθελαῖα διὰ φιλαρχίαν κοσμικὴν προχειρισθεὶς; ΚΠ. ψευδατί-στος. *Die autem vicesima secunda ejusdem mensis Januarii Anastasium falsi nominis virum, jusus*

*A beati Germani discipulum, et syncellum in ejus loco suffecerunt, qui videlicet domini sæculum ambitione motus, cum Leonis impietati assentiret, falsus Constantinopolitanus episcopus est. Et quidem legendum esse, τῇ δὲ κβ', non vero ut in textu editionis Regiæ habetur, τῇ δὲ ζ' suadent codex Barberinus, Miscellæ et Anastasius; et quidem dies vicesima secunda mensis Januarii hoc anno cum Dominica concurrebat, qua ordinationes episcoporum fieri solite erant, ut supra sæpe monuimus. Moritur sa-rilegus Anastasius anno 15 imperii Constantini Copronymi, Christi 753, ut narrat Theophanes eodem loco. De morte Anastasii vide Breviarium historicum sancti Nicephori patriarchæ CP. ex editione Petaviana pag 205.*

Ibid. *Κωνσταντῖνος μοναχὸς, etc., 87η ιθ'.* Huic patriarchæ annos duodecim assignant sanctus Nicephorus in Chronographia, et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Verum Pagius qui existimavit statim post mortem Anastasii suffectum fuisse in ejus locum Constantinum, hoc est, anno Christi 753, nec animadvertit post mortem Anastasii aliquot mensibus Ecclesiam Constantinopolitanam orbata fuisse pastore, hoc modo ratiocinatur: Constantinus monachus et episcopus Silei patriarcha Constantinopolitanus ab imperatore renuntiatu fuerat anno Christi 753. Mensis vero Augusti die tricesimo indictione quarta, hoc est, anno 766, imperatorem, ut scribit Theophanes, Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti æcusatores subornasse, ipsum postea in exilium misisse, et in ejus locum mensis Novembris die decimo sexto quintæ indictionis Nicetam consecratum fuisse; ideoque Constantinus sedit annos 13, non vero 12, ut legitur in Cæronico Nicephori et in Tabulis Theophanis. At si Pagius non tantum Theophanis versionem, sed ipsam textum Græcum legisset, animadvertisset proculdubio interpretem omisisse in versione numerum indictionis, qui sane in textu Græco septenarius reperitur; insuper ex eodem Theophanis loco, nimirum ad annum 15 Constantini Copronymi intelligere facile potuit Pagius, et Anastasium obiisse hoc ipso anno, et conciliabulum indictum fuisse, ac celebrari coeptum a mensis Februarii die decimo, indictione septima, hoc est, anno Christi 751, et sub finem illius conciliabuli die octavo mensis Augusti ejusdem anni, Constantinum hunc renuntiatum fuisse ab imperatore patriarcham: sic ibi laudatus Theophanes, postquam de Anastasii morte locutus esset, subjungit: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβεὶς κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκότων παράνομον συνέδριον πλη' ἐπισκόπων συνέλεξεν ἐν τῷ τῆ. Ἱερίας παλατίῳ, ὧν ἐξῆρχον Θεοδόσιος ὁ Ἐφέσου, υἱὸς Ἀψιμάρου, καὶ Πασιλλᾶς ὁ Πέργης· οἱ να' ἐαυτοὺς τὰ δόξαντα δογματίζαντες μηδενὸς παρ-τος τῶν καθολικῶν θρόνων, Ῥώμης φημι, Ἀλεξ-δρείας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱερουσόλυμων, ἀπὸ δε-κάτην τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ἀρξάμενοι, διέπρασαν ἕως ἡ' Αὐγούστου τῆς αὐτῆς ζ' ἰνδικτιῶνος· καὶ ἦν ἐν Βλαχέραις ἐλθόντες οἱ τῆς Θεοτόκου πολέμιαι, ἀνήθηον Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἀμβωνι κρατῶν Κων-σταντίνου μοναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλαί υ, καὶ ἐπευζόμενος ἔφη μεγάλη τῆ φωνῆ· Κωνσταντι-νου οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλά τὰ ἔτη. Καὶ τῇ κβ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνίερῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπι-σκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἐαυτῶν κακόδοξον αἵρεσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀναθεματίζαντες Γερμανὸν τὸν ἁγιοτάτον, καὶ Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσορρόδον Δομασκητὸν τὸν Μον-σοῦρ, ἀνδρῆς ἁγίους καὶ αἰδασίμους διδασκάλους. *Eodem etiam anno impius Constantinus adversus sanctas et venerandas imagines illegitimum trecen-  
torum triginta et octo episcoporum in Hieria palatio coegit conciliabulum, ejus præses existit Theodo-*

sus Ephesi episcopus Apsimari filius, et Pastillas Pergensis antistes. Isti privatas suas sententias privata auctoritate sancientes, nullo catholice seditione, Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymorum præsentis a mensis Februarii die decimo scilicet initio ad Augusti diem octavum cæptis insisterunt eadem indictione septima; qua ad Blachernas convenientibus istis Deiparæ adversariis; Constantinus Constantinum monachum, qui Sylæi episcopus fuerat, manu tenens, descendit ambonem, et clara elataque voce conceptis bene precatus: Constantino, inquit, oecumenico patriarchæ multi anni. Et vicesimo septimo mensis Augusti, imperator in forum progressus cum sacrilego Constantino et reliquis episcopis, qui omnes pravam suam hæresim coram universo populo promulgaverunt, et sanctissimum Germanum, Georgium Cyprium, Joannem Chrysorrhœum Damascenum Mansuris filium, viros sanctos, et venerandos doctores, anathemate ferire ausi sunt. Eadem lere narrat et sanctus Nicephorus in Breviario historico, postquam de morte Anastasii patriarchæ dissimulasset pag. 205 editionis Petaviane. At idem Nicephorus in Opere ms. cui titulus: Liber Antirrheticus, cujus duæ partes. Prima: Refutatio et eversio decreti illegitimi et pseudonymi, quod promulgatum est ab his qui catholicam et apostolicam Ecclesiam deseruerunt, et alienæ sententiæ se accommodarunt ad evertendam divini Verbi incarnationem. Pars altera: Refutatio testimoniorum quæ Iconomachi contra imagines protulerunt. Hoc, inquam, in opere parte prima cap. 2, laudatus Nicephorus expresse tradit, concilium Copronymianum acephalum fuisse; habitum enim esse Constantinopolitanam sede vacante, nec creatum esse novum patriarcham nisi sub linem concilii. Sic ibi ille loquens de episcopis qui illi concilio interfuerunt, de Constantino Copronymo, necnon de concilio Copronymiano: Οὗτοι δὲ οὖν οἱ τῶν ἱερῶν χώρων καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ Χριστιανικοῦ λόγου μακρὰν τὴν κατὰ τῶν ἁγίων φέρουσι ψήφον, ἡγεμόνα καὶ διδάσκαλον τῆς ἀσεβείας ἔργουτες τὸν ἐπ' ἀσεβείᾳ βεβωτημένον μετὰ τῆς ἐνδοθείσης αὐτῷ παρρησίας θεοῦ ἐξουσίας. Τοῦτο τοίνυν τὸ αὐτῶν ἐργαστήριον ἀκέραιον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἀχρηστον καὶ ἀπαράδοτον, ἵνα τοῖς αὐτοῖς ἐκείνων λόγοις χρησάμεθα, δικαίως ἂν καλοῖτο. Ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς βασιλευσούσης ὑπόδος ἀρχιερέως ἔρημος τὸ τηλικαυτὸ ἐτόγγανε. Καὶ γὰρ εἶπεν τέλει τῶν παρ' αὐτοῖς σκευωρηθέντων ἀναγορεύει καὶ προεφίρζεται ὁ Μαρμάρων, τὴν ὀνόμαζον Κωνσταντίνον, τὸν δόστηρον ὄντως καὶ τριστύλιον, ἀθύρτως καὶ ἀνιέρως, ἐπὶ ἀλευρῷ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σωματός, τῆς βασιλίδος ἐπισκοπῶν ὅθεν καὶ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἱερομάρτυρου πλειστάς ὡσας ὕβρεις κατέχευε· πολλάκις παρ' οὗτου ἐπὶ τῇ κακοδοσίᾳ ἐπιλεγμένως. **I**l igitur a sacris locis omnique sacerdotum ac Christiano statu procul dissiti, in sanctos scientiam serunt, impietatis sue ducem ac magistrum nacti impietate celebrem, postquam permittente Deo imperium adeptus est. Itaque impia hæc officina vere captis expers, inutilis ac traditione destituta (ut ipsorum verbis utamur) merito vocaretur. Quandoquidem et sedes Constantinopolitana tunc temporis vacavit. Nam sub finem eorum quæ ipsi impie moliti sunt, Mamonas, cognominem sibi Constantinum, inelicem sane ac miserimum, nefarie ac impie episcopum Constantinopolitanum renuntiavit ac creavit, in vitam ac corporis sui exitum. Unde et a Romano antistite plurimas contumelias retulit: se penemorem ab ipso ob pravam doctrinam reprehensum. Sic sanctus Nicephorus in laudato opere ms., ubi quamplurima alia ignota habentur spectantia ad concilium Copronymianum. Sed quia propetiam prædictum opus sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, una cum aliis omnibus ejusdem sancti operibus tum editis cum ineditis typis manebimus, duobus in locis tomis, ideo hic plura exscribere necessarium esse

non duximus Satis quidem superque quispiam ex propositis intelliget, per plures menses vacasse tunc sedem Constantinopolitanam, et non nisi sub linem concilii Copronymiani Constantinum ab imperatore Copronymo nuntiatum fuisse patriarcham. Quod quidem accidit, ut scribit Theophanes, die octavo mensis Augusti, indictione septima, nimirum anno Christi 754, uti paulo superius demonstravimus, non vero anno 753, ut perperam Pagus existimavit. Restat modo ut videamus quo anno Constantinus e sede dejectus fuerit: quod quidem ipse Theophanes facile præstabit dum scribit ad annum 25 Constantini Copronymi, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta, hoc est, anno Christi 766, imperatorem Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores suburbasse, ipsum primum in Hieriam, tum in Principinam insulam exsulem deportari sanxisse. Unde liquet Constantinum sedem Constantinopolitanam obtinuisse annis duodecim, et diebus octo. Ceterum de hujus sacrilegi Constantini miserrima morte legendus Theophanes ad annum 27 ejusdem Augusti.

Col. 460 A. Νικήτας Θλαδίας εὐνοῦχος, etc., . . . μῆνας δ'. Hic pro θλαδίας, cum sit repetitio omnino inutilis, legendum puto Σκλάβος vel Σολάτος, aut ὁ ἀπὸ Σκλάβων, ut habetur apud Theophanem, vel ὁ ἀπὸ Σθλαβων, ut legitur in aliis Catalogis Patr. Constantinop.; nam Nicetas iste eunuchus a Sclavis originem ducebat. Numerus autem annorum sedis hujus patriarchæ, cum locus sit nullus in codice regio, supplendus est ex Chronographia sancti Nicephori, et ex Theophane. Huic porro patriarchæ laudatus Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati annos quatuordecim assignat. Sanctus vero Nicephorus editione R. P. Goar annos quindecim eidem ascribit; ex nostra vero editione annos tredecim et menses quatuor. At certum est ex Theophane anno 27 Constantini Copronymi Nicetam eunuchum consecratum fuisse patriarcham Constantinopolitanum die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta, hoc est, annis Christi 766. Τῇ δὲ ἐκκαίδεκάτῃ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς πέμπτῃς ἡοδικτιῶνος ψήφῳ τοῦ βασιλέως χειροτονεῖται Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος ἀθέσμως παρρησίας Κωνσταντινουπόλεως: Cæterum mensis Novembris die decimo sexto ejusdem quintæ indictionis Nicetas a Sclavis originem ducens eunuchus præter fas canonum Constantinopolitanus patriarchæ imperatoris suffragio consecratur. Fallitur ergo sanctus Nicephorus dum ait in Breviario historico, pag. 250 editionis Petaviane, et Constantini depositionem, et Nicetæ electionem contigisse Augusto mense, indictione quarta; quippe Constantinus deponitur, uti supra ex Theophane diximus, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta; Nicetas vero consecratur, uti hic demonstravimus, die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta. Moritur autem Nicetas eunuchus, ut scribit Theophanes ad annum 5 Leonis, die sexto Dominico mensis Februarii, indictione tertia, nimirum anni Christi 780. Τῇ δὲ ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῆς γ' ἡοδικτιῶνος, ἡμέρᾳ Κυριακῇ τῆς Τυροβάρου εὐνοῦχον Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος πατρ' ἀρχῆς κ. II. Mensis autem Februarii die sexto, eoque Dominico, indictione tertia, die Dominico, quo ante Quadragesimam ultima caseum comedendi fit potestas, Nicetas genere Sclavus, eunuchus, Constantinopolitanus patriarcha diem extremum obiit. Hinc igitur manifeste liquet Nicetam hunc Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis tredecim mensibus quatuor, utriusque incompletis, ut habetur in Chronographia sancti Nicephori ex nostra editione, ubi eidem anni tredecim et menses quatuor assignantur. Perperam itaque in eadem Chronographia ex editione R. P. Goar hunc anni quindecim attribuuntur.

Col. 460. Α. Παῖλος ὁ Κύριος, etc. ἔτη ε'. Huic patriarchæ annos quinque assignat et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantiniani Pogonati. Sanctus Nicephorus vero in Chronographia ex nostra editioe annos quinque, menses, sex eidem attribuit: ex editione R. P. Goar annos qui quæ et menses octo. Verum Pagius ibidem loco annos 5 legendum ait annos 4. A sexto enim, inquit, die Februarii anni Christi 780, quo ejus decessor vivere desiit, ad mensem Septembrem presentis Christi anni, elapsi sunt anni quatuor, et menses octo, utrinque incompleti. Sic Pagius Cæterum Theophanes ad annum 5 Leonis, postquam de morte Nicephori cumuchi, quæ contigit die sexto mensis Februarii, indictione tertia, anno Christi 780, locutus esset, Secunda, inquit, juniorum Dominica Paulus Cyprius vel invitus patriarcha Constantinopolitanus instituitur: Καὶ τῆ δευτέρῃ Κυριακῇ τῶ νηστεῶν Παῦλος ὁ τίμιος ἀνιχνώστης ὑπάρχων Κύριος τῶ γένει, λόγῳ καὶ πράξει διαλάμπων, μετὰ πολλῶν παρατηρῶν διὰ τῆς κρατοῦσαν αἵρεσιν, βία πολλῆ, χειροτονεῖται πατριάρχης ΚΠ. Secunda vero juniorum Dominica Paulus venerabilis lector, Cyprius natione, doctrina et virtute præstans, quamvis ob hæresim, quæ tunc oblinebat, multum reluctaret, imo vim omnino passus Constantinopolitanus patriarcha instituitur. Idem Theophanes ad annum 4 Constantinii filii Irenes Pauli mortem indicat iniquiens die tricesimo primo mensis Augusti indictione septima, hoc est, anno Christi 784. Paulum Cyprium, cum in morbum incidisset, iuscia Irene imperatrice throno nuntium remisisse, et in Flori monasterio monasticum habitum assumpsisse, et haud diu post ad Deum migrasse.

Ibid. Τασιόσιος, etc., ἔτη κα'. Tarasio patriarchæ annum unum et viginti assignat et Theophanes: sic etiam habet et sanctus Nicephorus in Chronographia, nisi quod eidem insuper dies duos attribuit. At Tarasium anno uno et viginti, mensibus duobus, non vero diebus admigrasse Ecclesiam Constantinopolitanam colligitur ex eodem Theophane: quippe Tarasius renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus, ut scribit laudatus Theophanes ad annum 5 Constantinii filii Irenes, die quinto supra vicesimum mensis Decembris, indictione octava, hoc est, anno Christi 784. Moritur autem Tarasius, ut tradit idem scriptor, ad annum 4 Nicephori, die vicesimo quinto mensis Februarii, indictione decima quarta, videlicet anno Christi 806. Ignatius item Jacobus in Tarasii Vita, cap. 11 ait eum e vita migrasse hac ipsa die Februarii, postquam viginti et duos annos pontificalem cathedram decorasset.

Ibid. Νικηφόρος, etc., ἔτη θ'. Theophanes ad annum 17 Constantinii Pogonati Nicephoro annos octo assignat; at in Tabulis ipsius anni novem eidem attribuantur. Ignatius vero diaconus in Vita sancti Nicephori ei annos novem, uno mense incompleto, adscribit: quem quidem numerum optime quadrare scribit Pagius ad annum Christi 814, siquidem, ut tradit Theophanes, ad annum 6 Nicephori imperatoris, sanctus Nicephorus electus fuit patriarcha Constantinopolitanus mensis Aprilis de quoddecima magna Paschatis Dominica, indictione decima quarta, numerum anno Christi 806. Dignitate autem motus est Nicephorus et in exsilium missus, ut scribunt Theophanes presbyter in Oratione de Translatione ejus reliquiarum et Ignatius diaconus in ipsius Vita, die 13 Martii anni Christi 815. Sed qui de hujus sancti patriarchæ annis ac scriptis pluribus acturi sumus in Præfatione ad ejusdem Opera, quæ propempe typis mandavimus et quorum conspectum paucis ab hinc annis vidimus, ideo hic pauca, quæ diximus, sufficiunt.

Ibid. Β. Θεόδωτος ὁ Μετσοχηρός, etc., ἔτη ς'. Statim ac ejectus fuit in exilium sanctus

A Nicephorus, in ejus locum sufficitur Theolotus pseudo-patriarcha, ut scribit Ignatius diaconus in Vita sancti Nicephori num. 73. Hunc Cassiteram cognominatum ait Leo Grammaticus in Leone Armeno, pag. 446. Sed enim pluribus describit Anonymus continuator Theophanis, pag. 441, qui etiam tradit ordinationem ejus factam Paschatis festo; Pascha autem incidebat anno Christi 815, in diem primum mensis Aprilis. Moritur autem impius Theolotus anno Christi 821, ut apparet ex Symeone logotheta, qui in Michaelo Balbo, pag. 412, antequam Theophili inaugurationem narrasset quæ contigit anno Christi 821, eo tempore, inquit, summum sacerdotium Antonius Sylæi tenebat. Igitur Zonaras, qui Theodoto annos sex optime assignat, perperam ejusdem mortem tardius differt.

Ibid. Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Συλαίου, etc., ἔτη ιγ'. Huic patriarchæ annos tredecim et Zonaras ascribit. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori anni duodecim eidem assignantur. Et hic quidem numerus optime quadrare videtur si anni duodecim utrinque incompleti dicantur; Antonius quippe, ut capite precedenti diximus, pontificatum inivit anno Christi 821. Moritur autem anno 832, cum Joannes seu Jannes, qui ei in pontificatu successit, ordinatus fuerit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, ut scribit continuator Constantinii Porphyrogeniti, ejusdem anni. Cæterum falluntur Curopalata et Cedrenus qui Antonii patriarchæ nullam mentionem faciunt; cujus quidem præter alios scriptores meminuit et Theophanes presbyter in oratione de Translatione reliquiarum sancti Nicephori; Nicetas item in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP., ubi Antonium hunc cognominatum fuisse Byrsolepsam tradit.

Ibid. Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰωρῆς μάρτυς, etc., ἔτη ιγ', μῆνας θ'. Zonaras pag. 453 perperam Joanni annos tantum sex attribuit. Melius autem in Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori huic patriarchæ anni novem assignantur. Joannes porro, ut tradit continuator Constantinii Porphyrogeniti, ordinatus fuit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, hoc est, anni Christi 832. Fallitur igitur Baronius qui initium pontificatus Joannis anno 835 consignat, uti optime in meo Pagius. Pellitur autem e sede Joannes cum in hæresi esset obstinatus paulo post mortem Theophili, hoc est, anno Christi 842, uti apparet ex continuatore Constantinii Porphyrogeniti, et ex infra dicendis; unde etiam liquet Joannem annos decem incompletos sedisse. Cæterum de hoc Joanne seu Janne patriarcha pluribus agit laudatus Scriptor anonymus pag. 96.

Ibid. Μεθόδιος, etc., ἔτη δ', μῆνας β'. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Methodio anni quatuor et menses tres assignantur; verum Pagius Methodium sedisse ait annis quatuor et viginti sex diebus, die emortuali excluso; quippe a die 12 Februarii in quam Dominica incidebat anno Christi 842, et qua Methodium ordinatum fuisse apparet ex continuatore Constantinii Porphyrogeniti, ad diem 13 Junii, qua Methodius obisse dicitur in Vita sancti Joannis abbatis apud Surium ad diem 4 Novembris, hoc est, anno Christi 846, ut scribit laudatus Pagius, intercedunt anni quatuor, menses quatuor, et viginti sex dies, die emortuali excluso.

Ibid. Γ. Ἰγνάτιος, etc., ἔτη ια'. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Ignatio anni undecim et menses quinque assignantur. Auctor Libelli synodici, qui eo tempore vivebat, annos undecim, menses quatuor, dies viginti eidem attribuit. Nicolaus vero papa in epistola 2 ad imperatorem Michaelum ait, Ignatium per duodecim fere annos regis urbis innocue sacerdotium egisse. Certum tamen est,

ut scribit Pagius. Ignatium anno Christi 846, die quarto mensis Julii, in quam Dominica incidebat, ordinatum fuisse: et eundem postmodum e sede pulsulum anno 857 die vicesima tertia mensis Novembris. Unde liquet auctorem Libelli synodici optime Ignatio annos undecim, menses quatuor, et dies viginti assignasse; et eodem anno Theodoram ex aula, et Ignatium e sede Constantinopolitana ejectos fuisse, uti laudatus Pagius pluribus demonstrat.

Col. 460. C. *Φώτιος*, etc., *ἐτη θ'*. Photius, ut scribit Nicetas in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP. hactenus laicus, ordinatus fuit a Gregorio Asbesta Syracusano archiepiscopo, qui ab aliquot annis a sancto Ignatio dignitate ob improbitatem motus erat; et quidem Photius hunc in modum, ut idem scribit, ordinatur: primo die monachus ex laico, altero lector, tertio subdiaconus, quarto diaconus, quinto presbyter, sexto denique, Decembris die 25, Natali Christi sacro, anni scilicet Christi 857, episcopus consecratur. Pellitur autem e sede Photius a Basilio Macedone et in monasterium Scepen relegatur postero die quam renuntiatus erat imperator idem Basilius, ut scribit laudatus Nicetas, hoc est, die vicesima quinta mensis Septembris anni Christi 867. Igitur Photius sedit annis novem et mensibus novem.

Ibid. *Ἰγνάτιος πάλιν ἐτη ια'*. S. Ignatius in sedem restituitur, ut scribit Nicetas Paphlago in ipsius Vita, die 23 mensis Novembris, anni scilicet Christi 867, cum per annos undecim utriusque incompletos absque episcopatu vixisset. Moritur autem Ignatius, ut scribit idem Nicetas, die 23 mensis Octobris, anni Christi scilicet 877, ut ait Pagius. Itaque Ignatius præfuit iterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis novem mensibus undecim.

Ibid. *Φώτιος πάλιν ἐπὶ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἐτη θ'*. Photius, mortuo Ignatio, iterum sedem Constantinopolitanam occupat, nonnumquam toto triduo elapso a morte Ignatii, ut scribit Nicetas in ejus Vita, die scilicet vicesima sexta mensis Octobris anni Christi 877. Pellitur autem e sede Photius a Leone Philosopho, ut scribit Leo Grammaticus, et in Armeniacorum monasterium, Bordi dictum, relegatur anno Christi 886, ut constat ex iis quæ dicturi sumus de Stephano, qui ei in patriarchatu successit.

Ibid. *Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λέοντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐτη ς'*. Stephanus Basilii Macedonis filius post patris obitum, a Leone Philosopho fratre patriarcha renuntiatur, qui, ut scribit Leo Grammaticus, imminentibus Christi Nataliis, patriarcha consecratus est a Theophane primæ post patriarcham sedis episcopo, anno scilicet Christi 886. Georgius item Monachus Stephanum ante Christi Natalem patriarcham ordinatum fuisse tradit. Perperam autem hujus patriarchæ sedis tempus intra triennium concludunt Nicephorus Callisti et Cedrenus; siquidem Stephanus thronum Constantinopolitanum tenuit annis sex, mensibus quinque; ut produnt Leo Grammaticus, continuator anonymus Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius Monachus; qui sane mense Maio anni octingentesimi nonagesimi tertii ad Deum migravit, ut ostendit Pagius ad annum Christi 888, quo anno perperam Stephani morsa Baronio consignatur.

Ibid. *Ἀντώνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐτη β'*. Sanctum Antonium Cauleam renuntiatum fuisse patriarcham mense Maio anni Christi octingentesimi nonagesimi tertii; satis vero funetum anno 895, pluribus ostendit Pagius ad annum Christi 890. Cæterum hujus sancti patriarchæ memoria colitur cum a Grecis tum a Latinis die 12 mensis Februarii; et in Actis Bollandianis ad eundem diem Februarii recitatur: *Nicephori, beatissimi philosophi et oratoris Oratio funebris*, seu

*Vita encomio contextu, magni in'er Dei pontificis et admirabilis inter patriarchas Antonii. In hac quidem oratione Antonius ob egregias ipsius virtutes, præsertim liberalitatem in pauperes valde celebratur.*

Ibid. *Νικόλαος ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἐτη ιγ'*. Huic patriarchæ annos undecim et Zonaras assignat; Nicolaus quippe mysticus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus anno Christi 895, ut scribit Symeon logotheta, qui Antonii mortem et hujus ordinationem cum anno Leonis decimo copulat. Pellitur autem Nicolaus in exsilium a Leone quod ejus quartas nuptias improbaret, ac propterea eundem Ecclesiæ liminibus excluderet, anno Christi 906, uti plurium scriptorum auctoritate docet Pagius.

Ibid. D. *Εὐθύμιος*, etc., *ἐτη ε'*, *ἡμῖν*. Euthymius Syncellus, vir religiosus ac pius, eodem tempore quo in exsilium missus fuit Nicolaus, renuntiatur a Leone imperatore patriarcha Constantinopolitanus. Pellitur vero postmodum in exsilium Euthymius ab Alexandro ipso imperii ejus initio, anno scilicet Christi 911, uti ex dicendis patebit.

Ibid. *Νικόλαος αὐθις*, etc., *ἐτη ιγ'*. Alexander imperator ipso imperii initio, pulso e sede Constantinopolitana Euthymio, Nicolaum Mysticum in eandem restituit anno Christi 911, ut scribit incertus continuator Theophanis pag. 233, Symeon logotheta pag. 471, et Georgius Monachus pag. 563. Verum in epistola ad papam Romanam, quam Latine Baronius edidit ad annum 912, Nicolaus ipse testatur restitutum se fuisse ab ipsomet Leone: *Ille vero (Leo) antequam e vita migraret, agnovit flebiliter errorem suum, veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore et deprecatore (ad eum enim tunc forte ab exsilio revocatus, ab eoque Ecclesiæ gubernationi restitutus), etc.* Sed huic difficultati præsto occurrit Pagius inquiring: Sed auctores isti cum Nicolao conciliari possunt, licet fatendum sit, eos subobscurius locutos. Georgius enim Monachus in Leone, num. 44, refert, hunc imperatorem coeliaco morbo agrotantem, *Alexandrum fratrem suum imperii clavo præfessisse*. Quare, vivente adhuc Leone Alexandri opera Nicolaus ex exsilio revocatus est, et gubernationi Ecclesiæ Constantinop. restitutus. Georgius Monachus in Alexandro num. 4, de hoc imperatore scribit: *Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio patriarcha; eundemque Nicolaum in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque in Manaura concilio, adductoque Euthymio e Steno, Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere*. Narratis injuriis tunc Euthymio illatis, subdit: *Rursusque ad Agathi relegatus est, καὶ πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ*. Ex his verbis apparet, Euthymium bis in exsiliu actum. Primo vivente Leone, quod Georgius manifeste supponit, cum ait mortuo Leone adductum esse Euthymium ex Steno, Agathique monasterio, et relata solemniter ejus depositione subjungit, *rursusque ad Agathi relegatus est*. Sic Pagius; qui procul dubio egregie fallitur, dum ita locum Georgii monachi intelligit, cum ille omnino diversa dicat. Laudatus quippe scriptor mortuo Leone Nicolaum ex Galacrenis adductum esse tradit, non vero Euthymium ex Steno; cum tunc primum postquam restitutus fuit Nicolaus, Euthymius in Senium relegatus fuerit; quem quidem postmodum coacto in Magnaura concilio ex Steno adductum coram omnibus deposuit, ac innumeris injuriis eidem illatis rursus ad Agathi monasterium ablegavit. Sic Georgius: *Ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος, ὁ υἱὸς Βασίλειου, ἔτος β', ἡμέρας χθ', σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ Λέοντος. Ἀποστείλας δὲ ἡγάγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταγαγὼν Εὐθύμιον πατριάρχην, καὶ ἐνεθρονίσας τὸ δευτερον τὸν αὐτὸν Νικόλαον πατριάρχην ἐποίησε*

δὲ τελέτην καὶ σύνδον Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μιναύ-  
 ρι, ἀγαθὸν Εὐθύμιον ἐκ τοῦ Στενοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀγα-  
 θοῦ. Καὶ συγκαθίστα; ἄνα Νικολάου πατριάρχη, ἐπιση-  
 σαντο τὴν κατ' αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἀτίμως ἀποκί-  
 λοντες τοῦ ἱεροπροποῦ; καὶ ἀξιαγαστοῦ ἀνδρὸς τὴν  
 τιμὴν αὐτοῦ γενετιῶν, καὶ ἄλλας τινὰς ὕβρεις καὶ  
 ποιητὰς αὐτῷ ἐπιφέροντες, ἃς ἡσύχως καὶ πρᾶως  
 ὑπέμεινε δὲ τίμιος καὶ ἱερὸς ἀνὴρ. Καὶ ὑπερωρίσθη  
 πάλιν εἰς τὰ Ἄγαθου, ἔνθα καὶ τελευτήσας, κατατί-  
 θεται ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ἐν τῇ πόλει εἰς τὰ Ψαμαθίου.  
*Imperavit Alexander Basilii filius annum unum,  
 dies viginti novem cum Constantino Leonis filio.  
 Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, de-  
 jecto Euthymio patriarcha; eumdemque Nicolaum  
 in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque  
 in Manaura concilio, adducloque Euthymio ex Steno,  
 Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum  
 Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere,  
 indignis modis vellentes sacri viri, ac decori, digneque  
 suscipiendi, venerabilem barbam, aliasque quasdam  
 injurias ac pœnas illi inferentes, quas vir venerabilis  
 ac sacer sedato, ac silentio, placideque ferebat.  
 Rursusque ad Agathi relegatus est; ubi et vita sun-  
 ctus, deponitur in suo monasterio in urbe ad Psama-  
 thii œdes. Ita et incertus continuator Theophanis  
 pag. 233, necnon Symeon logotheta pag. 471, nisi  
 quod hic secundus addit statim id factum ab Ale-  
 xandro: Ὁ οὖν Ἀλέξανδρος ἀποστειλάς εὐθὺς, etc.,  
 hoc est, statim post Leonis obitum, vel statim ac una  
 cum Constantino post Leonis mortem imperare  
 cœpit. Huic patriarchæ annos tredecim attribunt  
 etiam incertus continuator Theophanis, et Geor-  
 gius monachus. At melius Symeon logotheta huic  
 annos 14 assignat; quippe Nicolaus restitutus fuit  
 in sedem ab Alexandro imperatore, anno Christi  
 911, uti supra demonstravimus; obiit autem idem  
 patriarcha, ut ipsi scribunt, die quinta decima  
 mensis Maii, indictione tertia decima, hoc est, anno  
 Christi 925, unde annos 14, et non 13, eum sedisse  
 necessario dicendum est. Cæterum scribæ incuria  
 legitur in Symeone logotheta ἰνδίκτιῶνος; γ', pro  
 γ'. Perperam et Baronius Nicolai patriarchæ  
 mortem ad annum Christi 930 distulit, uti ex dictis  
 liquet.*

Col. 460, D. Στέφανος μητροπολίτης, etc., ἐτῆ  
 β', μῆνας ια'. Huic patriarchæ annos duos et men-  
 ses undecim assignant et incertus continuator  
 Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius mo-  
 nachus. Stephanus quippe, ut tradunt laudati  
 scriptores, renuntiatus fuit patriarcha Constanti-  
 nopolitanus Augusto mense indictione tertia de-  
 cima, hoc est, anno Christi 925. Moritur autem  
 die quinta decima mensis Julii, ut ait incertus  
 continuator Theophanis, seu die decima octava  
 ejusdem mensis, ut scribit Georgius monachus,  
 aut, ut tradit Symeon logotheta, die decima octava  
 mensis Julii, indictione sexta; at pro sexta le-  
 gendum esse prima, hoc est, anno Christi 928,  
 nemo non videt: tam a mense Augusto anni Chris-  
 ti 925, quo electus fuit Stephanus, ad mensem  
 Julium anni 928, intercedunt anni duo et men-  
 ses undecim. Cæterum numerus indictionum apud  
 scriptores illius ævi passim corruptus deprehendit-  
 ur: unde necessario supplendus est ex conjec-  
 tura.

Ibid. Γρύψαρ μοραχός, etc., ἐτῆ γ'. Try-  
 phon ordinatus fuit patriarcha Constantinopoli-  
 tanus, ut tradunt sæpius laudati scriptores, post  
 Theophanem, die quarta decima mensis Decem-  
 bris, indictione prima, non vero sexta, ut apud  
 eosdem legitur, hoc est, anno Christi 928. Try-  
 phon vero per fraudem depositus indictione quarta,  
 hoc est, anno Christi 931, ut scribit Symeon lo-  
 gotheta, pag. 489. Post hujus abdicacionem Ecclesia  
 Constantinopolitana viduata fuit pastore annum  
 unum menses quinque, ut tradunt incertus conti-  
 nuator Theophanis, Symeon logotheta et Geor-

gius Monachus. Igitur si a die secunda mensis  
 Februarii anni Christi 933, qua Theophylactus  
 ordinatus fuit patriarcha CP., retrocedas per an-  
 num unum, et menses quinque, quibus Ecclesia  
 CP. pastore viduata mansit, pervenies procul dubio  
 ad diem secundum mensis Septembris anni  
 931. Itaque anni tres, quibus Tryphon præfuisse  
 dicitur, integri non fuere. Cæterum qua fraude  
 Tryphon coactus fuit abdicare patriarchatum CP.,  
 et cur fraus ei structa, pluribus narrat Symeon  
 logotheta pag. 487 et 488, quæ cum sint lon-  
 giuscula hic non exscribo.

Ibid. Θεοφύλακτος, etc., ἐτῆ κγ', ἡμέρας κς'.  
 Theophylactus ordinatur patriarcha Constanti-  
 nopolitanus die secunda mensis Februarii indi-  
 ctione sexta, hoc est, anno Christi 933, ut scri-  
 bunt incertus continuator Theophanis, Symeon  
 logotheta, et Georgius monachus. Moritur patriar-  
 cha Theophylactus, ut scribit Cedrenus, die 27  
 mensis Februarii indictione 14, nimirum anno  
 Christi 956. Huic patriarchæ annos viginti tres,  
 et dies viginti quinque assignat et laudatus Ce-  
 drenus; scriptores vero post Theophanem sæpe a  
 nobis citati numero rotundo loquentes eidem  
 annos viginti quatuor attribunt. Cæterum hujus  
 patriarchæ perditos mores pluribus laudati  
 scriptores describunt.

Col. 461 A. Πολυεύκτος, etc., ἐτῆ ιδ'. Sanctus  
 Polyuctus ordinatur patriarcha Constantinopoli-  
 tanus die tertia mensis Aprilis indictione 14, ut  
 scribit Cedrenus; quo quidem anno scilicet 956,  
 feria quinta in Coena Domini cum die tertia Apri-  
 lis concurrebat. Moritur sanctus Polyuctus die  
 tricesima quinta a quo acclamatus fuit imperator  
 Joannes Zimiscus, ut scribunt Cedrenus et Zonaras;  
 quod quidem accidit die undecima mensis  
 Decembris anni Christi 969. Igitur Polyucti  
 mors contigit circa diem 16 mensis Januarii anni  
 970, cum sedisset, ut ex dictis patet, annis tre-  
 decim, mensibus novem, et diebus tredecim.

Ibid. Βασίλειος ὁ Σκαμανδρητός, etc., ἐτῆ  
 δ'. Basilius Scamandrenus ordinatur patriar-  
æquum omne expulso. Postea vero utraque et Æliensi et Constantinopolitana sede posthabita, Dositheus privatus vixit, et decessit. Methodius monachus apud Allatium in exercitatione contra Gregygonum, pag. 330, loquens de Isaacio Angelo ait, eumdem imperatorem spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, quinque patriarchas Constantinopolitanos creasse. Sic ille: Τί δὲ καὶ Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος οὐ χωρὶς πάσης αἰτίας εὐλόγου, καὶ κανονικῆς; αἰτίας; τὸν Καματηρὸν τοῦ θρόνου παρακινήσας, Νικήτην τὸν σακελλάριον ἔθετο; Οὐχὶ τοῦτον αὐθις ὦ; ἀφελῆ μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα καταγαγὼν, τὴν Θεοτοκίτην Λεόντιον πατριάρχην πεποίηκεν, ὃν καὶ Θεοτοκίτην ἐκάλεσε, διαδοχαιούμενος τὴν Θεοτόκον ἐμφανισθῆναί οἱ, καὶ προτάξαι; Νικήτην μὲν καὶ Θεοτοκίτην δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῷ θρόνῳ ἐγκαταστήσας; Οὐχὶ αὐθις; τὸν μὲν Λεόντιον τοῦ θρόνου ἐξέτισε τῆς Θεοτόκου αὐτῷ καὶ πάλιν τοῦτο πειθῆσαι διαταξαμένης; Ἰσχυροζόμενος, τὴν Ἱεροσολύμων δὲ Δοσίθεον τῆς Κωνσταντινου ἐπαρχίην ἀπέδειξεν; Ἐπεὶ δὲ ὁ γεγγυσιμὸς πολὺ; περὶ τοῦτου γεγένηται, οὐχὶ Δοσίθεος τοῦτου ἕνεκα τοῦ θρόνου ἀποπεσῶν, ἕτερος προσβλήθη; Πάντε γοῦν οὕτω πατριάρχας τῆς Κωνσταντινου ὁ Ἰσαάκιος ἐγκατέστησεν ἐν χρόνῳ ἐν ἐνέα, οὗς καὶ ἦν βασιλεύσας; αὐτῷ; λόγῳ μὲν καὶ κανονικοῖς; ἐγκλήμασιν οὐδαμῶς; ἀπλῶς δὲ οἰκείῳ θελήματι καὶ ὀρέξει τ' ἢ μὲν κατὰ γων, τὴν δὲ ἀνάγων. Καὶ ὅμως; οὐδεὶς τούτων, ἢ τῶν δι' αὐτῶν χειροτονηθέντων ἀδακτος τῆ Ἐκκλησίᾳ γεγένηται. Τὸ δὲ δὴ ἀστειότερον, μᾶλλον δὲ ἀτιμώτερον, ὅτι πάντες ἔξων ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰσαακίου διὰ τὸ οὐλογοζόμενον τάχα ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ γεγένησθαι. Annon preterea Isaacius Angelus absque ulla rationabili causa, et decreto canonico Camatero e solio pulso, Nicetam sacellarium substituit, et hoc rursus anno exacto, uti oneri parum idoneo, submoto, Theotocitem Leontium, quem Theotocitem nuncupavit, asserens Deiparam sibi apparuisse, mandasseque, Niceta deposito, Leontium loco illius in throno substituere? Annon postmodum Leontium de throno ejecit, Deiparam, ut id etiam perageret, demandasse contendens, et Hierosolymitanum Dositheum hierarcham CP. declaravit? Cum ergo de eo murmuratio querula inualesceret, annon propterea Dositheo de throno excidente, alius electus est? Hunc in modum itaque quinque patriarchas Constantinopolitanos Isaacius spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, creavit, nulla ratione motus, aut criminum adversus canones reos, sed simpliciter et proprio arbitrio, et appetitu hunc quidem deprimens, illum vero exaltans. Et nihilominus ex his nemo, aut ex illis, qui ab ipsis ordinati sunt, rejectus ab Ecclesia est. Quod vero festivus est, vel ut verius dicam, tanta dignitate indignus, omnes hi sub ejusdem Isaacii imperio vitam ducebant: quod illius dominatus exiguo tempore perduravit. Ex his autem, quæ in hanc rem ex Niceta Choniaste, ex Nicephori Callisti Historia, et ex Methodio monacho protulimus, apparet, Nicetæ Muntano non Dositheum Hierosolymitanum, sed Leontium Theotocitem successisse; unde vero mutuatus sit idem Nicephorus ea quæ in Catalogo expressit, nescitur: nisi quis credat ideo a laudatis scriptoribus nullam mentionem fieri post Nicetam Dosithei, quod ille prima vice novem tantum diebus illam sedem tenuerit. At vero similis videtur id quod de Dositheo in hoc Catalogo dicitur a scriba additum fuisse; et Dositheum non nisi post Leontii depositionem ad thronum Constantinopolitanum evectum: quod quidem necessario concludi debet ex Niceta, dum narrat quod astu Isaacius imperator Theodorum Balsamum deluserit; cujus quidem Nicetæ auctoritas omnino præterenda est Nicephoro; quippe Nicetas initio tertii decimi sæculi floruit, Nicephorus vero initio sæculi subsequentiis. Cæterum vide quæ de Dosithei patriarchatu post Leontium monemus infra.

Col. 461 C. Λεόντιος ὁ λεγόμενος Θεοτοκί-

της, etc., μῆνας ἐπτά, etc. Nimirum mensibus septem, et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *novem* pro *septem*. Niceta igitur Muntano e sede pulso successit Leontius Theotocius anno Christi 1190, qui cum sedisset mensibus septem, pellitur ab Isaacio eodem astu, quo institutus fuit, ut patet ex iis quæ ex Niceta Choniote, et ex Methodio monacho capite præcedenti protulimus. Cæterum hujus depositio accidit hoc ipso anno.

Col. 464 C. Ὁ Δοσίθεος ὁ πρωτοπατριάρχης Ἱεροσολύμων, etc., ἔτος α', ἡμισυ. Pluribus de Dositheo egimus paulo superius, ideo hic tantum monere sufficiet, eum renuntiatum fuisse patriarcham CP. post Leontium ad finem anni Christi 1190, vel initio anni sequentis; qui cum sedisset annum unum et dimidium, non ante annum 1192 a sede pulsus fuit.

Ibid D. Γεώργιος διάκονος, etc., ὁ Σπιρίλιος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ζ', μῆνας θ', ἡμέρας κζ'. Dositheo e sede pulso ab Isaacio Comneno successit Georgius Xiphilinus anno Christi 1192, qui cum sedisset annis sex, mensibus novem, diebus viginti septem, patriarchatum abdicavit, ac in monasterio Phryganorum, quod exstruxerat sub imperio Alexii Angeli, fratris Isaacii, detonsus est, ut videtur hic innuere Nicephorus Callisti; quod quidem accidit anno Christi 1198. Cæterum hujus patriarchæ meminit Nicetas Choniates in Alexio Comneno, pag. 332, eique annos septem assignat.

Ibid I. Ἰωάννης διάκονος ὁ χοροφύλαξ ὁ Καματηρός, etc. Mortuo Gregorio Xiphilino, ut habetur in Catalogo a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, quoniam aberat peregre Alexius imperator in expeditione Occidentali, caruit thronus suo patriarcha mensibus duobus; postmodum in ejus locum succitit Joannes Camaterus anno Christi 1193; qui rexit Ecclesiam CP. usque ad captam Constantinopolim annis quinque, iu mensibus octo, diebus septem. Capta autem fuit Constantinopolis anno Christi 1204, ut ex infra dicendis patebit. Loquitur autem de Joannis Camateri morte Nicetas Choniates in Balduino pag. 407, ubi postquam de obsidione Didymotichi subjungit: Τότε δὲ μαλακῶ θανάτῳ τὸν βίον προήκατο καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Καματηρός, καταλευκῶς πλάνης; καὶ ἀποίκοι εἰς τὸ Διδυμότειχον. Tunc Joannes Camaterus patriarcha, qui post exilium Didymotichi iniquitum agebat, vitam cum levi morte commutavit. Sed pluribus de Camatero loquitur Georgius Acropolita, pag. 6, ubi de Theodoro Lascari agit: Δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότης παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάρου, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονε κατὰ Νικαίαν ἀπὸ περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς Ἐκκλησίας, σκέψις τούτων ἐγένετο, ὅπως βασιλεὺς φημισθεῖη ὁ δεσπότης Θεόδωρος. Πατριάρχου δὲ μὴ παρόντος ἐκεῖσε, ὁ γὰρ Καματηρός Ἰωάννης, ὃς τὸν πατριαρχικὸν ἐκράτει θρόνον, ἤλθα τῆς Κωνσταντινίου ἐκράτησαν Ἰταλοὶ, περὶ Διδυμότειχον ἀπῆρε, κάκεισε τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο, καὶ διακηρυχθεὶς παρὰ τοῦ Λασκάρου καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπηνήγατο τὴν πρὸς αὐτοῦ ἀφίξιν. Ἐγγραφῶν τὴν παρατίθειν ποτησάμενο. Duobus itaque annis integris cum omnibus uti despotā Lascaris agnosceretur, conventusque ex viris celeberrimis, ac Ecclesiæ primatibus Nicæam concurrentibus haberetur, illud inter eos agitatam est, quæ ratione Theodorus ad illa usque tempora despotā imperator acclamaretur. Patriarcha non aderat, Joannes quippe Camaterus, qui patriarchale solium, Italibus Byzantium expugnantibus, honestabat, Didymoteichum abierat, ibique commorabatur: accersitus a Lascari, aliaque scripto etiam patriarchatus renuntians noluit accedere. Ex his Acropolitæ verbis illustratur ita quæ de Camatero tradit hic Nicephorus.

Col. 465 A. Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀλωσις. Caput hoc a scriba corruptum sic Græce ac Latine restituendum est: Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀλωσις παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ςψβ'. ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίῳ 1β', ἡμέρῳ β', Ἰνδ. ζ', τῆς ζ' ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno 6712 (id est Christi 1204) mensis Aprilis die 12, feria secunda, indictione 7, sexta hebdomade jejuniorum. Georgius Acropolita scribit captam fuisse a Latinis Constantinopolim anno vulgari Græcorum currenti 6711: Τεσσαράκοντα γοῦν παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἔλλω παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντινίου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ςψβ', 1β' τοῦ Ἀπριλλίου ἄγοντος. Τῷ γὰρ 1' ἔτει Μαλου ὄντος τῆ πόλεως προσώρησαν, ἐν ἑνδεκά δὲ μηνὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πύληθσιν. Καὶ ἡ μεγίστη καὶ περὶ φανεστάτη πόλις ἔλλω, ἐνός, ὡς φασιν, ἡ καὶ δύο ἐπιτηδησάντων τῷ τελεγεῖ ἀπὸ κλίμακος ἐπὶ τὸν κειμένης μεγίστης κοίτης νηός. Post quadraginta itaque dies exactos Constantinopolis ab istis expugnatur anno ab orbe condito 6711, duodecimo mensis Aprilis. Decimo namque anno mense Maio ad urbem applicant, et mense undecimo diripiunt. Sicque maxima ac urbium celeberrima capta est, uno aut altero, ut rumor in crebuit, e scala malo navis maximæ adnexa, in muros insilientibus.

Ibid. Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανός, etc., ἔτη ζ', μῆνας ε', καὶ ἡμέρας ζ'. Michael Autorianus substituitur, ut scribit Nicephorus, Joanni Camatero die vicesimo mensis Martii indictione nona, hoc est anno Christi 1206. His consensu habet Georgius Acropolita loco paulo superius citato, ubi post duos annos a capta urbe Theodorum Lascarium coronatum fuisse ab hoc patriarcha scribit, cum paulo ante Joannes Camaterus patriarchatum abdicasset; sic ille de Michael Autoriano ibi subjungit: Ψηφίζεται γοῦν πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανός, ἄλιος τυγχάνων, καὶ πάσης γραφῆς ἔμπειρος τῆς τε ἡμετέρας καὶ θύραθεν, ὃς καὶ τὸν δεσπότην Θεόδωρον τῷ βασιλικῷ διαδηματί ἐταίωσεν. Ideo in ejus locum Michael Autorianus sufficitur, vir disertus, litterarumque non nostrarum solum, sed exterarum etiam peritissimus. Is despotam Theodorum imperatorio diademate coronavit. Igitur cum Michael Autorianus seu Saurianus, ut alii eum vocant, renuntiatum esset patriarcha CP. die vicesima mensis Martii anni Christi 1206, et vixisset in patriarchatu annis sex, mensibus quinque et diebus sex, ipsius mors contigit procul dubio die vicesima quinta mensis Augusti anni Christi 1212.

Ibid. Θεόδωρος ὁ [Ἑλληνικός] Λεγόμενος Κωπῆς, etc., ἔτος α', μῆνας . . ἡμέρας γ'. Numerus mensium, qui in Catalogo Nicephorii Callisti exesus est, facile suppleri potest ex altero Catalogo, quem ex Jure Græco-Romano hic edidimus, ubi Theodoro Irenico assignatur annus unus, menses quatuor, et dies tres. Et ita habetur in Catalogo Philippi Cyprii; in Catalogo vero Matthæi Cigala dies tres omittuntur. Huic patriarchæ annos sex attribuit Georgius Acropolita cum in Historia pag. 17, tum in Chronico Compendiario, ubi sic habet: Μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, ὁ Ἑλληνικός Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνδύρεται θρόνον, ὃς καὶ Κωπῆς ἐκαλεῖτο. Τοῦτο δὲ μετ' ἐνιαυτοῦς ἔξ ἀπολιπόντος, μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγαται θρόνον, etc. Namque post Michaelis patriarchæ excessum Irenicus Theodorus, qui et Copa dicebatur, in patriarcham eligitur. Post annos sex eo demortuo Maximus monachus patriarchale solium ascendit, etc. At ipse Nicephorii Callisti Chronologiam sequor, utpote qui hanc rem hic ex professo, ut aiunt, tractat. Theodorus itaque Irenicus, ut scribit hic Nicephorus, renuntians fuit patriarcha CP. die vicesimo octavo Septembris, indictione secunda, feria prima, hoc est

anno Christi 1213. cum post mortem Michaelis A Autoriani thronus vacasset mensibus decem et dimidio, quod imperator absens in themate Thraceseo esset, ut tradit idem Nicephorus. At, ut patet ex iis quæ supra de morte Michaelis Autoriani diximus, necessario didendum est, vel thronum vacasse plusquam decem mensibus et dimidio, vel Theodorum aliquot mensibus ante renuntiatum fuisse patriarcham, et die vicesima octava Septembris consecratum fuisse: quod quidem videtur innuere idem Nicephorus dum ait illo anno cum die 28 Septembris concurrere Dominicam, qua consecrationes episcoporum solitas fieri, alibi indicavimus. Theodorus autem cum sedisset anno uno, mensibus quatuor et diebus tribus, moritur die ultima mensis Januarii anni Christi 1215.

Col. 465 B. *Μάξιμος*, etc., *μήνας ζ'*. Catalogus patriarcharum CP. a nobis hic editus ex Jure Græco-Romano huic patriarchæ menses octo assignat; Genebrardus vero menses septem. At Georgius Acropolita, menses sex, ut Nicephorus Callisti eidem attribuit; qui sane scriptor, pag. 17, sic ejus mores describit: Μετὰ δὲ ἐνιαυτοῦ, ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, ὁραπαύων τὴν γυναικωνίδιαν, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθραπευόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναδιδάσαν αὐτὸν τὴν περιωπὴν. Ἐπιτοῖός δὲ μήνας ἕξ τελευτᾷ, etc. *Post annos sex eo demortuo, Maximus Monachus patriarchale solium ascendit, Gynæceio palpsans, ac supparasitans, et vice versa ex eo assentiones et blanditias aucupans: neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat, sed post menses sex moritur.* Maximus itaque constituitur ab imperatore in locum Theodori Irenici (cujus mors contigerat, uti supra monuimus, die ultima mensis Januarii anni Christi 1215) die tertia mensis Junii, ut scribit Nicephorus, nimum ejusdem anni. Hic cum sedisset mensibus sex, fati functus est die tertia mensis Decembris ejusdem anni 1215.

Ibid. *Μανουὴλ ὁ ἀκόρος ὁ Σαρατηνὸς ἔτη ε', μήνας ζ'*. Maximo patriarcha fati functo, successit in ejus locum Manuel Sarantenus cognomento Philosophus, nimirum initio anni Christi 1216, qui cum sedisset annis quinque, mensibus septem, mortem obiit circa finem mensis Augusti anni Christi 1221. Hujus patriarchæ meminit Georgius Acropolita cum in Historia, tum in Chronico Compendiario, ubi seriem patriarcharum Constantinopolitanorum qui Nicææ sederunt recenset, nimirum a Michaeli Autoriano, qui primus post captam a Latinis Constantinopolim, electus fuit Nicææ patriarcha Constantinopolitanus ad hunc Manuelem, quem Philosopum appellat. Sic igitur Acropolita, pag. 17 Historia: Καθὼς γοῦν εἰρήχαιεν, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἐπιλαμβάνεται τῶν Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, στεφθεὶς παρὰ πατριάρχου Μανουὴλ, δὲ τὸν Μάξιμον διεδέξατο. Μετὰ γὰρ τοῦ πατριάρχου τὴν τελευτὴν Μεγαλ., ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνέδρουται θρόνῳ, ὃς καὶ ἠωπᾷς ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκαλεῖτο μετὰ δὲ ἐνιαυτοῦ, ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, ὁραπαύων τὴν γυναικωνίδιαν, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθραπευόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναδιδάσαν αὐτὸν περιωπὴν. Ἐπιτοῖός δὲ μήνας ἕξ τελευτᾷ, καὶ ὁ Μανουὴλ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, Φιλόσοφος, ὃς ἐδ. καὶ ω., καὶ ὑπὸ πλῶν κλιτονομαζόμενος. *Quemadmodum ergo dixi, post illius obitum Romani imperii gubernacula Johannes Ducas, gener illius suscepit, a Manuele patriarcha, qui Maximo successerat, coronatus. Namque post patriarchæ Michaelis excessum Irenicus Theodorus, cui a plerisque eorum nomen inditum fuerat, in patriarcham eligitur; post annos sex eo*

demortuo Maximus Monachus patriarchale solium ascendit, Gynæceio palpsans, ac supparasitans, et vice versa ex eo assentiones et blanditias aucupans; neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat, sed post menses sex moritur. Et Manuel in patriarchali solio collocatur, vere rir philosophus, ut apparebat, et a multis eo nomine honestatus.

Ibid. C. *Γερμανὸς ὁ σοφώτατος καὶ ἀγνώτατος*, etc., *χρόνους ιη'*. Fatu functo M nuce Saranteno circa finem mensis Augusti 1221, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur Germanus circa finem hujus anni, qui cum sedisset annis decem et octo, ut scribit Nicephorus, fati functus est circa finem anni 1239. De Germano autem patriarcha sic loquitur Georgius Acropolita, pag. 39: Ἐτοῦς τὸν πρῶτον καὶ τοῦν πατριάρχου Γερμανὸν τὰ τῆδε κατὰ λόντα πρὸς τὰς θείας ἀπᾶραι σκηνάς, καλῶς καὶ ὁσῶς βιώσαντα, καὶ καλῶς τὴν αὐτοῦ ποιμάναντα πάλμην. *Ante hæc tempora Germanus patriarcha rebus terrenis dimissis, in beatorum sedes advocatur, postquam probe sancteque vixisset, probeque suas oves parisset.* De hujus Germani patriarchæ scriptis consulendi Labbeus et Casimirus Oudin; sed hic secundus fallitur dum Germano patriarchæ annos viginti septem assignat.

Ibid. D. *Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ἰακίνθου μονῆς*, etc., *μήνας γ'*. Methodius abbas monasterii Hyacinthi sufficitur in locum Germani circa initium anni Christi 1240, qui post tres menses obiit, ut scribit Nicephorus. Eadem habet et Georgius Acropolita, pag. 39, ubi postquam de Germano patriarcha locutus esset, subjungit: Ἐγένετο δὲ μετ' αὐτὸν Μεθόδιος τις καλοῦμενος μοναχὸς, ἡγούμενος ὧν τῆς κατὰ Νικαίαν Ἰακίνθου μονῆς, ἀνὴρ αὐχὸν μὲν εἰδέναι πολλά, ὁ ἴστων δὲ ἴδρις ὧν. Ἄλλ' οὕτος τρεῖς καὶ μόνους μήνας ἐπιπολαύσας τοῦ θρόνου τετελεύτησεν. Ἐστέροτο γοῦν ἀρχιερέως ἡ Ἐκκλησία. Ὁ γὰρ βραχέως Ἰωάννης ἐν τοῖς τοιοῦτοις μὴ πρόχειρος ὧν, οὐκ εὐχερῶς εἶχεν ἐκ τοῦ προχείρου τὴν ἀξίον εφευρεῖν, ἢ μᾶλλον τὴν ἐκείνου ἀρέσοντα. Μάλιστα γὰρ οἱ κρατοῦντες τοὺς πρὸς ἀρέσκειαν ἐν τοῦτοις προσίενται, ὡς ἂν μὴ τινὰς ἔχοιεν ἀντερίζοντας τοῖς βουλήμασι. Παρεβρύθη γοῦν χρόνος σκηνῆς, καὶ οὐκ ἦν ὁ διεξαχθὼν τὸ πομπικόν. *Post eum monachus quidam Methodius nomine, Hyacinthi, quod Nicææ est, monasterii, præses, vir quidem dicto suo tenuis cultus, ac sapiens, revera tamen paucorum sciens, tres tantum mensis throno potitus, obiit, et Ecclesia vidua pontifice suo carebat. Cum enim Johannes imperator in his expediendis non esset a. modum promptus, non ita facile poterat e re nata dignum tali solvo, vel potius qui illi probaretur, invenire. Principes enim in hæc membra, viros, qui quod illis placitum est, faciant, nec se desideris adversentur, asciscunt. Igitur multum præterierat tempus, nec aberat qui oves gubernaret.* Ex his Acropolitæ verbis liquet Methodium tribus tantum mensibus sedisse, ac ipso fati functo Ecclesiam Constantinopolitanam diu caruisse pastore; quin etiam Methodium in locum patriarchæ Germani successum fuisse, non vero Arsenium, ut perperam scribit Gregoras. Cæterum monere hic non abs re erit seriem patriarcharum CP., præcipue illorum qui Nicææ sederunt, corruptam esse ac depravatam in tribus sequentibus Catalogis quos hic edidimus; quod quidem non solum apparet ex Catalogo hoc Nicephori Callisti, sed etiam ex Georgio Acropolita, cujus verba suis locis inseruimus; idque etiam confirmatur ex Chronologia Ephreæmii; ubi habetur series integra patriarcharum Constantinopolitanorum, qui Nicææ sederunt, nimirum a Joanne Camatero, sub quo capta fuit a Latinis Constantinopolis, ad Arsenium secundo patriarcham, qui primus, post recuperatam Constantinopolim, in eam throno sedit.

Col 466 D. *Μανουήλ ἑτερος, etc, ἔτη ια'.* Huic A  
 Manuēli patriarchæ annos quatuordecim assignat  
 Genebrardus, sed fallitur: nam mortuo Methodio  
 patriarcha anno Christi 1240, uti paulo superius  
 diximus, Ecclesia Constantinopolitana per aliquot  
 annos viduata fuit pastore, ut patet non solum ex  
 hoc Nicephori Catalogo, verum etiam ex Acropoli-  
 tæ verbis capite precedenti citatis, ubi de Me-  
 thodio patriarcha loquitur. Manuel autem, ut  
 liquebit ex iis quæ dicturi sumus de annis ipsius  
 successorum, circa finem anni Christi 1243, ad  
 patriarchalem thronum evectus fuit, cum Ecclesia  
 Constantinopolitana annis tribus, et mensibus cir-  
 citer septem orbata mansisset pastore. Hic cum  
 sedisset annis undecim, fati functus est circa  
 finem anni Christi 1254. Quod etiam confirmatur  
 ex Georgio Acropolita, qui pag. 57 ait Manuelem  
 patriarchum obisse, antequam Joannes Ducas im-  
 perator moreretur, cuius quidem mors accidit  
 anno Christi 1255. Cæterum hujus patriarchæ in  
 litteris ignorantiam prædicat idem scriptor, pag. 54, B  
 hisce verbis: *Στέλει τὸν πατριάρχην.*  
*Ὁ Μανουήλ ἦν τότε τὰ τῆς πατριαρχίας διθύωνων*  
*τηράλιζ, ἀνὴρ εὐλαβοῦς καὶ βίου, καὶ πολιτείας*  
*σεμνῆς, εἰ καὶ γυναικὶ συνεζύγη, ἄλλως δὲ οὐ πα-*  
*πειραμένος γραμμάτων, οὐδὲ ὡς ἀνεγνώσκων ἀνε-*  
*λιττων τὴν ἔννοιαν. Mittit eum ad Manuelem, qui*  
*ea tempestate patriarchatus gubernaculis assidebat,*  
*virum pietate insignitum, et vitæ instituto, licet uo-*  
*rem dixisset, venerandum, litteras tamen hand do-*  
*ctum, cum nec eorum sententiam, quæ ipse percun-*  
*derat, caperet.*

Ibid. *Ἀρσένιος μοναχὸς ὁ Αὐτωριανός,*  
 etc., *χρόνους ε'.* Arsenius Autorianus monachus  
 successit in Manuēlis locum anno Christi 1255,  
 post obitum Joannis Ducæ imperatoris, qui contigit  
 hoc ipso anno; sed quo die ac mense, non li-  
 quet ex scriptoribus; neque Possini conjecturas  
 admittimus. Sic Georgius Acropolita, pag. 57, cu-  
 jus in hanc rem integra verba hic describere libet, C  
 cum hic Nicephorus subobscurè loquatur et locus  
 sit mutilus: *Ἐπεὶ δὲ ἔχρησε τοῦ πατριαρχούτος*  
*ἡ Ἐκκλησία· πέφθακε γὰρ ὁ πατριάρχης Μανουήλ*  
*μικρὴν τι τοῦ βασιλέως Ἰωάννου προτελευτήσαι·*  
*ἔδα: δὲ πρῶτον πατριάρχην προβλεθῆναι, ἵν' ἐπὶ*  
*τῷ βασιλεὶ τὴν σεφεφοριαν ἐν τῷ ἱερῷ τελεσιουργίῃ*  
*τημένει, etc. Sed cum patriarche orba Eccle-*  
*sia foret; nam paulo antequam Joannes imperator*  
*moreretur, patriarcha Manuel vitam finierat, nec*  
*absque patriarcha imperatoris coronatio in sacro*  
*templo confici posset.* Et paulo infra idem scriptor,  
 postquam de Nicephoro Blemida, in quem pluri-  
 morum suffragia respiciebant (quique patriarchatus  
 dignitatem sibi oblatam, ut scribit Gregoras,  
 recusasset), locutus esset, sic de Arsenii electione:  
*Ὁ γοῦν βασιλεὺς Θεόδωρος, διὰ ταῦτα μικρὰν τινα*  
*πειρὰν λαβὼν τοῦ ἀνδρός, ἐφ' ἑτέρους ἐτραπέτο· καὶ*  
*ἔπει δυσαρεσιῶν ἐτυγχάνεν ἐν πολλοῖς, μοναχόν*  
*τινα εἶναι μαθὼν ἐν τῇ τῆς Ἀπολωνιαδος ἁγίᾳ, ὀλίγων*  
*γραμμάτων περὶ αὐτὸν ἔχοντα (μόνον καὶ γὰρ*  
*εἰρηφατο τῆς γραμματικῆς παιδείας), ἀλερον τε-*  
*λούοντα, καὶ Ἀρσένιο ὑπομαρῶμενον, ὃ, εἶχε ταχούς,*  
*στελλει τους αὐτὸν ἀφορτὰς· καὶ ὅς ἀφίκετο. Ἐπεὶ*  
*ὅτι τὴν ἀπο τῆς Νικαίας ἐξοδὸν ἐσπευδε, οὐκ ταχούς,*  
*τοὺς ἀρχιερεῖσιν προετίθει χειροτονησαὶ πατρι-*  
*άρχην αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, οἷ καὶ ὡ. τοὺς οὐπερασαντο,*  
*ἐν μίᾳ ἑβδόμαδι ὁ ακονον καὶ ἱερέα, καὶ πατριαρ-*  
*χὴν αὐτὸν ἐκτέλεσαντες. Propterea imperator Theo-*  
*dorus illius mente, sensuque leviter degustato ad*  
*alios se convertit, et cum plures non satisfacerent,*  
*monachum quendam ex apolloniensis locu, præter*  
*paucas litteras cæterorum ignavitum, solum enim ru-*  
*dimenta grammatices attigerat, nullis sacris ordi-*  
*nibus insignitum, Arsenium nomine accersitum, quam*  
*celerrime m.asis hominibus condaxit, nec ille re-*  
*nuuit. Et Nicææ exire festinans, præsulibus, ut*  
*quampriimum eum patriarcham efficerent, imperat,*

*illi audientes per unam hebdomadam, diaconum,*  
*sacerdotem et patriarcham consecrant.* Ex quibus  
 Acropolitæ verbis liquet, aliter locum illum Nice-  
 phori interpretandum, ubi Arsenius dicitur *ἐ-*  
*κκλησιῶν γραμμάτων ἱκανὸς ἑμπειρος,* nimirum *libe-*  
*ralibus artibus sufficienter instructus;* et ita legun-  
 dum supra in versione pro, *omnigena eruditione*  
*instructus;* qua etiam notione verba illa accipi pos-  
 sent, ni historici illius ævi aliud suaderent. Deinde  
 locus ille mutilus, ἐν τῷ σεπύδειν ἐξίέναι τὸν βα-  
 σιλέα . . . αὐτίκα στέρει. Nimirum *quoniam im-*  
*perator profectum maturabat, statim a patriarcha*  
*coronatur, vel quid simile reponendum, ut apparet*  
*ex Acropolita. Denique verba illa, καὶ ἐξεβλήθη*  
*παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαεολόγου, etc.,*  
 satis explicantur ab Acropolita et Pachymere,  
 qui narrant Arsenium patriarcham, cum videret  
 Joannem Ducam Theodori filium a Michaelè Palæo-  
 logo comemi, et in eum machinas ac fraudes  
 strui, patriarchatum valedixisse; quod quidem ac-  
 cidit initio anni Christi 1260, cum sedisset annis  
 quinque, ut scribit Nicephorus, neglectis aliquot  
 diebus, quibus supra annos quinque rexit illam  
 Ecclesiam. Cæterum fallitur Gregoras dum Ger-  
 mano patriarchæ Constantinopolitano Arsenium  
 proxime successit fuisse scribit; siquidem Arse-  
 nius Manuēli successit, Manuel Methodio, Metho-  
 dius Germano, ut ex supradictis palam est. Vide  
 Pachymerem, lib. II, cap. 7, 8, 15 et 16; Acropo-  
 litam, pag. 77 et 98.

Col. 468 A. *Ἐτα Νικηφόρος, etc., ἔτος α'.* Arse-  
 nio Nicæa profugo, in ejus locum substituitur Ni-  
 cephorus Ephesi episcopus initio anni Christi 1260.  
 Moritur autem Nicephorus Nynphæi circa mensem  
 Novembrem ejusdem anni 1260, cum nec integro  
 anno patriarchatum præfuisse, ut scribitur Geor-  
 gius Acropolita, pag. 97 et 98, et Pachymeres,  
 lib. II, cap. 22. Post Nicephori autem mortem Ec-  
 clesia Constantinopolitana viduata mansit pastore  
 mensibus circiter novem, ut ex infra dicendis fa-  
 cile patebit.

Ibid. *Ἀλούσης δὲ τῆς Κωνσταντινουπό-*  
*λεως πάλιν ἀρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερός ἔτη β'.*  
 Licet ex Georgio Acropolita, pag. 97 et 98, appa-  
 reat Arsenium patriarcham ante recuperatam  
 Constantinopolim in sedem restitutum fuisse a  
 Michaelè Palæologo imperatore precibus sebasto-  
 cratoris Tornicii, attamen revera non ante recu-  
 peratam urbem Arsenium revocatus fuit, etsi credi  
 potest, ad id dispositum fuisse imperatorem pre-  
 cibus laudati sebastocratoris etiam ante Constans-  
 tinopolim recuperatam. Igitur optime hic Nicepho-  
 rus scribit, capta Constantinopoli rursus præfuisse  
 Arsenium; nam idem Acropolita, pag. 102 et 103,  
 et Pachymeres, lib. III, cap. 2, adventum Arsenii  
 in urbem accidisse aiunt post imperatoris ingres-  
 sum, qui accidit die quinta decima mensis Augusti,  
 ut narrat idem Acropolita, pag. 102, et ut habetur  
 scriptum initio codicis Regii 1852, laudati a do-  
 ctissimo Boivinio in Notis ad Gregoram, ubi no-  
 tantur dies, mensis et annus hujus ingressus: *Μηνὶ*  
*Ἀγούστου τῆς ἑνδοκτωῆς ὁ, τοῦ ἔτους 5759,*  
*εἰρηχθῆναι συνθεσῆς Κωνσταντινουπόλιν. Mensis*  
*Augusti die quinta decima anni 6769 (Christi 1261)*  
*introduci sumus Deo jurante in urbem Constantinopoli-*  
*polim. Arsenium autem circa finem hujus mensis*  
*restitutum fuisse in sedem, probabile omnino est;*  
 ita putat et Possinus in Observationibus ad Pachy-  
 merem, qui etiam credit coronationem Michaelis  
 Palæologi sub initium Septembris celebratam esse,  
 et Joannem Ducam excaecatam die Christi Natali  
 ejusdem anni 1261. Sic Possinus; a quo sane nihil  
 videtur recte initium secundi patriarchatus Arse-  
 nii consignatum; finis vero ejusdem patriarchatus  
 a Possino transfertur ad annum Christi 1260: et  
 sic Arsenio secundo patriarchæ anni circiter qua-  
 tuor assignantur. At cum Arsenius secundo pa-  
 triarchæ

archa duobus annis, et aliquot mensibus, quos A supputare neglexerat Nicephorus, præfuisset Ecclesia Constantinopolitana, illius depositio contigit certe circa initium anni Christi 1264, ut ut dicat Possinus; in exsilium autem proficiscitur Arsenius circa finem mensis Maii ejusdem anni, ut scribit Pachymeres. Neque statim Arsenio successit Germanus, ob turbas quæ excitabantur ab Arsenianorum factione, ut colligi potest ex Gregora et Pachymere, sed id fa tum puto anno Christi 1267, ut colligitur ex Pachymere, qui l. iv, c. 45, Germ. num inauguratum fuisse scribit mense Junio ipsa die Pentecostes. Pentecostes autem festum, non occurrit mense Junio nisi anno 1264 (quo certe anno non contigit Germani electio, ut patet cum ex iis quæ paulo superius diximus, tum ex infra dicendis, ubi agemus de anno quo is patriarchatum abdicavit); et anno 1267, nam anno 1265, dies Paschæ in 5 Aprilis incidebat; et anno 1266, in 28 Martii. Itaque electio Germani necessario cum anno Christi 1267 copulanda. Cæterum causa depositionis Arsenii fuit, uti pluribus referunt Pachymeres et Gregoras, quod Michaeli Palæologo ob Joannem Ducam exæcatum sacris interdixisset, neque eum veniam aceleris petentem audisset; unde cum indicto ab imperatore concilio, et in eo accusatus, se sistere nolle, damnatur ut contumax.

Col. 466, B. *Ἐδλω ἡ πόλις*, etc. Locus hic corruptus a scriba sic Græce ac Latine restituendus: *Ἐδλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ςψξθ', Ἰουλοῦ κε', ἡμέρα δευτέρα, τῷ γ' ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου. Capta est urbs a Romanis anno 6769 (Christi 1261) 25 Julii, feria secunda, anno tertio imperii Michaelis Palæologi. Et ita legendum supra in versione.*

Ibid. *Ὁ Ἀδριανουπόλιως Γερμανός*, etc. Hic inter Arsenium et Josephum reponendus est Germanus antea episcopus Adrianopolitanus, qui in Catalogo Nicephori Callisti scribæ incuria omittitur. Hujus mentio occurrit non solum in Catalogo a nobis hic editis, sed etiam apud scriptores, qui res illius ævi memoria prædiderunt, nimirum apud Pachymerem, Gregoram, Georgium Phranxam, etc. Huic patriarchæ annus unus assignatur in Catalogo. Verum eum Germanus die Pentecostes, quæ anno Christi 1267 concurrebat cum die quinta mensis Junii, creatus sit patriarcha Constantinopolitanus, ut ex Pachymere paulo superius demonstravimus, et patriarchatum abdicaverit de quarta decima mensis Septembris ejusdem anni, ut scribit idem Pachymeres, lib. iv, cap. 21, certa ille mensibus tribus et diebus novem et non amplius Ecclesiam illam administravit. Fallitur autem Possinus, qui eum quatuor mensibus cum dimidio sedisse ait. Quod vero Germanus hoc ipso anno patriarchatum abdicaverit satis ostendit Gregoras, dum circa illud tempus contigisse deliquium solare scribit, nimirum hoc ipso anno die 23 mensis Maii. Cæterum quibus mediis usus fuit imperator ad persuadendum patriarchæ Germano, ut patriarchatum valediceret, pluribus narrat laudatus Pachymeres, lib. iv.

Ibid. *Ἰωσήφ ὁ Γαλιθίου ἡγούμενος ἔτη η'*. Joseph Galesii abbas successit Germano in patriarchatu die vicesima octava mensis Decembris anni Christi 1267, et mox Kalendis Januariis ordinatus fuit, ut scribit Pachymeres, lib. iv, cap. 23: *Τοῦ γοῦν τοιοῦτου καταδεξαμένου τὴν ψῆφον, ὁ βασιλεὺς εἰς πατριάρχην τούτον προ ἀλλεταί μὴνός Σκιροφοριῶνος, εἰκοστῆ ἡμέρῃ τῆς δεκάτης ἐπιμεμήσεως τοῦ ςψος' ἔτους, Ἐκατομβαιῶνος; δὲ νομηνία χειροτονηθεὶς, εἰς ἀρχιερέας τετέλεσται. Hunc talem justo suffragiorum comprobatum numero ad patriarchatum imperator evecit, mensis Decembris die octava supra vicesimam, indictionis decimæ, anni 6773, mox Kalendis Januariis ordinationem idem episcopalem rite accepit. De autem secunda*

Februarii anni Christi 1268 solvitur imperator anathemate a Josepho, ut scribit idem Pachymeres, cap. 24 ejusdem libri. Postmodum vero cum Josepho patriarchæ persuasissent Schismatici, ut scripto publico declararet, jurejurando interposito, se nunquam in pacem ecclesiarum consensurum, ut narrat idem scriptor, lib. v, cap. 16, tum imperator cum patriarcha transigit, ut ipse patriarchali palatio excederet; quod quidem contigit die secunda mensis Januarii anni Christi 1274, ut scribit laudatus Pachymeres, cap. 17 ejusdem libri, ubi tota re pluribus exposita sic concludit: *Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους συνθεμένων, ὁ μὲν πατριάρχης κατελθὼν εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν προσκαθίξει, ἐνδεκάτῃ μῆνός; Ἐκατομβαιῶνος, δευτέρας ἐπιμεμήσεως τοῦ ςψπβ' ἔτους, κατέγων καὶ τὰ αὐτοῦ πρόνομια ἀναγράφεται· τὰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἐτι ἐν γαλήνῃ ἦσαν, πλὴν τῶν τῆς Ἐκκλησίας τεταγμένων εἰς ἀρχοντας. His inter ipsos conventis patriarcha in Periblepti monasterium migravit die secunda Januarii, secundæ indictionis, anni 6782. fruens ibi redditibus suis annuis sine diminutione; sic Ecclesiæ quidem corpus in quadam tranquillitate erat; non item qui ei præerant. Josephi itaque cum renuntiatus sit patriarcha CP. sub finem anni Christi 1267 et depositus sit in initio anni 1274, uti paulo superius ex Pachymere demonstravimus, anni octo, qui eidem a Nicephoro assignantur, fuerunt proculdubio utrinque incompleti. Fallitur ergo et Georgius Phranzes dum Josepho annos tredecim attribuit. Cæterum verba illa Nicephori: *Καὶ διὰ τὴν ἔνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ*; sic interpretanda: *Et propter unionem cum Latinis ejicitur ab imperatore Michaelē*. Et ita legendum etiam supra in versione.*

Ibid. *Ἰωάννης*, etc., *ὁ Βέκκος ἔτη η'*. Deposito Josepho, in ejus locum sufficitur Joannes Beccus sive Veccus die vicesima sexta mensis Maii; secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, rite in patriarchatum inauguratus est, nimirum anno Christi 1275, ut scribit Pachymeres, lib. v, cap. 24: *Καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Ἰουαννῶνος μῆνός κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται. Δευτέρα δὲ Μαυμακτηριῶνος, τῇ ἐπιούσῃ Κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῃ ἡμέρᾳ τοῦ Πνεύματος, τὰ τοῦ Πνεύματος δέχεται, καὶ τελειοῦται ἀρχιερέως. Veccus igitur sexta et vicesima mensis Maii, festo sanctorum Nicæensium Patrum patriarcha creatus est: secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, Spiritus ejusdem per sacram ordinationem patericeps factus, rite inauguratus in patriarchatum est. Pelitur autem e sede Veccus ab Andronico imperatore die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. i, cap. 4, qui sane scriptor pluribus exponit ea quæ Vecco patriarcha gesta sunt unicuique gratia Ecclesiæ Græcæ cum Latina. Gregoras ait Joannem Veccum eiam secessisse, seque Panachranti monasterio inclusisse. Huic patriarchæ anni septem assignantur in cod. ms. Bibliothecæ collegii Claromontani, quo usus est Philippus Labæus; sed ipse perperam ibi legerat ἑ' pro ζ'. Cæterum scribæ incuria legitur hic in textu Græco, *ἔποησε ας τὴν ἔνωσιν*, etc. Lege igitur, *ἐποίησε τὴν ἔνωσιν*, etc.*

Ibid. C. *Ὁ ὁμολογητῆς Ἰωσήφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'*. Pulsus e sede Vecco rursus inducitur Josephus die ultima mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. i, cap. 5. Is ineunte mense Martio anni 1283, morbo et senio consumptus obiit, ut refert idem scriptor cap. 13 ejusdem libri. Fallitur autem Georgius Phranze, dum Joanni Vecco statim Athanasiam successisse ait. Cæterum Josephum, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, paulo post cessisse scribit Gregoras, lib. vi, cap. 4, idque ab eo factum du-

plie de causa; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur; tum quod patriarchæ munus obire nequiret, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis: ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκαζοῦνται μὲν τὸν ἰωσήφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις; παραχωρεῖν δὲ οὐκ ἔνεκα, τῆς τε εἰρήνης τῶν δι' αὐτὸν ὀχλουμένων, καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν, ὅλην δὲ φέρειν μένον ὑπὸ γέροντος καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος νόσον. *Quamobrem Josephus sua sede cuilibet cedere coactus est duabus de causis; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur: tum quod patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis. Idem confirmat paulo infra sectione 5 laudatus scriptor, ubi ait Josephum paulo post quem patriarchatum reliquisset e vivis excessisse. Gregoræ astipulatur Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοβούλου, qui existit inter opera mss. Nicephori Chumii, laudatus a Boivinio in Notis ad Gregoram, pag. 753. Cæterum Mathæus Cigala, et Philippus Cyprius qui huic Josephum ab Joanne Palæologo Florentiam ad octavam synodum se contulisse, ibidemque obfisse scribunt, longe falluntur; quippe nemo, nisi Græculus penitus inductus fuerit, ignorare potest, hunc patriarcham longo tempore ante octavam synodum floruisse, illum vero, qui concilio Florentino interfuit, penultimum patriarcham fuisse ante captam a Turcis Constantinopolim.*

Ibid. Γρηγόριος ὁ Κέρκιος, etc., β' τῆς ζ'. Nimirum, Gregorius Cyprius lector protoapostolarius cooptatur, et præfuit annis sex. Et ita legendum supra in versione, ubi scribæ incuria legitur annis 16, pro annis 6. Quid vero Hæρωτοποστολάριος, vide Ducangii Gloss. Græc., v. Ἀπόστολος. Josepho autem satis functo circa initium mensis Martii anni Christi 1283, uti supra ex Pachymere demonstravimus, successit Gregorius Cyprius, a quo initum fuisse patriarchatum ante medium mensis Aprilis ejusdem anni scribit Possinus ex Pachymere, quod idem scriptor, cap. 15, lib. 1, refert, feria jam tum secunda majoris hebdomadæ fuisse Gregorium Cyprium in plena possessione patriarchalis potestatis. Fuit quippe illo anno Pascha die Aprilis 18, unde majoris hebdomadæ feria secunda diem Aprilis 12 inderit: quo anteriorem inaugurationem Gregorii fateri necesse est. Sic Possinus. At ipse Pachymeres clarius lib. 1, cap. 14 Georgium Cyprium, qui induto monastico habitu Gregorius appellatus fuit, consecratum fuisse ait die Palmarum, qui dies anno Christi 1283 incidat in diem 11 mensis Aprilis; ordinatus autem fuit patriarcha CP. a Germano Heracleensi, cooperante Cozylensi; idque peractum in templo Maximo, nimirum in Sancta Sophia, unde exclusi fuere, durante consecratione, quotquot Ecclesiarum paci consenserant, ut scribit laudatus scriptor paulo ante citato loco, et capite sequenti, ubi etiam narrat, cur non ab alio episcopo quam a Germano Gregorius consecratus sit, et eundem Germanum Heracleensem paulo ante ordinatum fuisse episcopum in antiquæ Irenes templo. Sic Pachymeres cap. 14, cujus pauca verba, quæ ad ordinationem Gregorii et Germani spectant, hic excerpere lubet: Τὰ τῆς τελετῆς τοῦ πατριαρχεύοντος ἐχειρίζουσιν, ὁ δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ Κρονίου μὴνός παραλαβὼν ἐκεῖ. ὁς εἰσάγει τὴν τοῦ Προδρόμου τῆς Ἡέτρας μονὴν σὺν ὀλίγοις τισὶ, καὶ νῶν ευρόντες ἐπ' ἀμπέλωνος, ἄρρον ὡς δόκει κάκεινο; ὄντα, ἐκεῖσε τὰ εἰκότα τελέσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκοῦ ἀποδείκνυσεν, διάκονον δ' ἐξ ἀναγκαστοῦ χειροτονεῖ. Τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὀβασίλει; ἐκείνον προβάλλειται. Ἐντεῦθεν ἐκείνο; ἐκκεχωρημένον ἔχων διὰ προτροπῶν ἐνεργεῖν τὰ οἱ προσήκοντα, τὸν τοῦ Ἀκακίου, ἀνδρός εὐλαβοῦς, καὶ τα πολλὰ συνετηρημένου, καὶ ἐπ: τοῖς χυβ; πραχθεῖσαι ὁδόντων; ἀμφιγυωμένον, μαυρητῆν Ἰεργανὸν εὐλαβῆ γε κάκεινο;

ἑσάπαν, καὶ τὸ ἦθος ἀπλοῦκόν, ὡς καὶ ἐν πνευματικῶς ταχθέντα τῷ πατριαρχεύσαντι, ἅμα μὲν σὺν τῷ Κοζύλῃ; πρόεδρον Ἰρακλεῖας τῆς κατὰ Θράκη, καὶ χειροτονητῆν αὐτοῦ ψηφίζονται, ἅμα δὲ τῷ ἐπισκόπῳ προτρέπεται, οὗτοι τοῦ καίρου σχεδόντος, εἰς μητροπολίτην χειροτονεῖν, καὶ ὁ τῆς παλαιᾶς Εἰρήνης θεῖος ναός, πολλὰ καταπιυθεισης πρότερον τῆς ἰερᾶς καὶ μυστικῆς τραπέζης, καὶ τισιν ἀγιοσθεσης εὐχαρ. τὴν ἐκείνου εἰδὲ χειροτονίαν· αὐτῆς δ' αὖθις κάκεινος πρῶτον μὲν ἰερέα, εἴτα δὲ καὶ τῆ λαμπρῆ εὐρητῆ τῶν Βασιῶν, ἀρχιερέα τὸν πατριάρχην χειροτονῶσαι. Hic igitur commissam sibi designati patriarchæ ordinationem auspicaturus, mense Martio susceptum eum introducit cum paucis in monasterium a Proдроμο et Petra nominatum, ubi templo in vinea reperto, in quo et ipso apparebat rem divinam ex longo fieri desiisse, in eo consuets ceremoniis monachum ex laico instituit Cyprium; moxque diaconum ex lectore ordinat. Eadem porro die eundem imperator declarat patriarcham. Hinc jam patriarcha, qui multorum suasionibus inductus, certum, ac plane constitutum haberet, non alium adhibere ad sui consecrationem, quam eum, de quo inter omnes constaret, longe alienum esse ab omni specie piaculi, quale plerique antistitum contraxisse mutuis flagrantium factionum insinuationibus culpabantur, discipulum Germanum filium Acacii viri pii, et valde circumspetti, qui se in palam nuper actis quasi neutrum habuerat, assensum in parte utramvis sustinens, et utriusque, quantum duntaxat satis erat ad securitatem, favens; hunc quoque ipsum nulla religionis existimatione commendatum; præterea ita moribus simplicem, ut eum ille, qui patriarchatum nuper gesserat confessariis accensuisset; hunc, inquam, quasi de quo nulla esse posset cuiusquam plausibilis exceptio, in sui ordinatorem præparavit; eligens eum, suffragane in id pariter Cozyleno, in præsulem Heracleæ Thraciæ. Post quod episcopo mandavit, ut eum constim (res enim moras non ferebat) in eam sedem rite metropolitanam ordinaret. Isti functioni delectum est antiquæ Irenes divinum templum, cujus sacra et mystica mensa nullis prius purgationibus expiata, et certis sanctificata precibus, Germani novi Heracleensis inaugurationem vidit. Ille porro vicissim promotorem suum Cyprium, primum quidem sacerdotio initiavit, deinde in celebri Palmarum festo, cooperante antistite Cozyles, patriarcham ordinavit. Reliqua vero, quæ peracta sunt, dum consecratur Gregorius Cyprius, pluribus exponit idem Pachymeres, cap. 15 ejusdem libri; quæ cum sint longiuscula, hic non excipio. Verum priusquam de Gregorii patriarchatus annis loquamur (cum de ecclesia antiqua sanctæ Irenes mentionem fecerimus), libet hic nonnulla monere, quæ ad eamdem ædem spectant, et quæ libris præcedentibus, ubi de eadem pluribus locuti sumus, a nobis prætermissa sunt. Stephanus, diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, auctor Vitæ sancti Stephani Junioris, qui sub impio Copronymo martyrium subiit, docet solus, quod sciam, secundum concilium generale, priusquam Constantinopolitanum habitum esse in æde Sanctæ Irenes; quod quidem intellegi non potest de alia æde Sanctæ Irenes, nisi de antiqua, cum Theodosio Magno imperante nulla alia sic nuncupata existerit Constantinopoli, quam hæc antiqua Sanctæ Irenes ecclesia, quæ a Constantino Magno condita fuit. Sic idem scriptor, pag. 482, loquens de sex conciliis generalibus: Οὗτῃ ἐν ἰεροῖ, ναοῖς αἱ ἄγια; ἐξ σύνοδος συνήθροισθησαν· ἢ τε πρώτη ἐν Νικαίᾳ, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοφίας· ἢ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης; καὶ ἢ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ, ἐν τῷ τοῦ Θεολόγου ναῷ· καὶ ἢ τετάρτη ἐν τῇ καὶ ἡμᾶς Κληρονομίῳ μητροπόλει, ἐν τῷ τῆς Πανευφηροῦ οὐκίῳ· καὶ ἢ πέμπτη αὐθις ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἢ ἕκτη, ἢ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας

Σ. φίας, ἡ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ παλατίῳ, ἐνθα ἐπιλέγεται ὁ Τροῦλλος, ὅπερ ἡμεῖς Ὀάτον καλοῦμεν. An non in sacris templis sex sanctæ synodi congregatæ sunt? Prima Nicæa in templo Sanctæ Sophiæ: secunda Constantinopoli, in templo Sanctæ Irenæ: ter tia Ephesi, in templo Theologi: quarta in nostra Chalcedonensi metropoli, in templo celeberrimæ Euphemii: quinta iterum et sexta, Constantinopoli, illa in templo Sanctæ Sophiæ, hæc in sacro palatio, in ea parte quæ Trullus dicitur, quam nos Oatum vocamus. Hujus autem synodi ordinem, quo dispositi erant antistites, quæve in parte sederit Theodosius Magnus, qui eidem synodo interfuit, nobis præsentat tabella, quæ exstat in codice ms. Bibliotheca Regiæ, uncialibus litteris conscripto, sæculo nono. De hoc codice ms. sic loquitur doctissimus Montefalconius noster *Palæographiæ Græcæ*, lib. III, pag. 250. Codex, inquit, Regius, num. 1869, membranaceus, ingentis molis, pulchritudine et magnificentia nulli concedit. Auro fulget undique in Tabellis depictis, quas ad quadraginta quinque numeravi; in litteris item initialibus, maxime in titulis orationum. Continet autem Gregorii Nazianzeni Orationes: descriptusque fuit Basilio Macedone imperante, ut liquet et picturis, ubi Basilius ipse depingitur cum tota familia: ex carminibus item in fronte positis, ubi Basilius, quasi tum sceptrum tenens compellatur: necnon ex elegantia codicis, qui vere imperatoriam præfert magnificentiam, ad usumque ipsius Basilius et domus Augustæ fuisse plane videtur. Præeunt quinque prægrandes tabellæ depictæ, quæ totam paginam occupant, longe ampliores specimine hic allato; nam in descriptis foliis perquam late margines undequaque vacuæ manent; in depictis vero, ad extremam usque oram, paginæ occupantur. Hæc prægrandes Tabulæ depictæ: tribus in foliis continentur, quæ folia cum reliquis olim non hæsisse videntur: unde auguratur v. r. quidam doctus, et rei librariæ veteris permissimus, codicem aliquantum vetustorem hinc depictis Tabulis esse: et picturas istas Basilius Macedonem cum familia exhibentes, postmodum huic exemplari adjunctas fuisse, cum ad hujus imperatoris usum codex translatus est. quanquam fatetur et ipse codicem ejusdem circiter ætatis esse, et ad Basilius ævum ex characteris forma commode reduci posse. Ego vero libentius credam totum codicem cum præmissis Tabellis ad Basilius usum adornatum fuisse. Deinde vero priora illa tria folia a principio posita, vel ex diuturno usu, quia initio posita frequentius evolverentur, avulsa fuisse; vel fortasse ab aliquo male seriato homine, ob elegantiam abstracta, deinde vero restituta fuisse. Ut aut sit, codex noni prorsus sæculi videtur esse. De hoc codice Basilius in Monito ad orationem 53 sic loquitur: *In reginæ tamen codice litteris capitalibus scripto, ac Gregorii nostri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipsius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti est, ut, quanquam reclamant stylo, vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδοπύργωσα numerare audeam: nisi Hieronymus omnem dubitationis ansam nobis eximeret, atque hunc setum vero suo parenti assereret.* Deinceps avertit locum Hieronymi, qui hoc opus sancto Gregorio Neocæsariensi sive Thaumaturgo ascribit. Jam ad picturas veniatur. In primi folii pagina secunda (prima quippe vacat) in fundo aureo Christus sedens, non ineleganter pro illa ætate representatur, Evangeliorum librum apertum tenens ad hæc verba, Εὐαγγέλιον τὴν ἐμὴν δόξαν ὑμῖν, *Pacem meam do vobis*, etc., quæ spectant ad Tabulam Augustam in proxima Tabella e regione depictam. Hæc prima pictura multis in locis erasa in pulverem abit. In secundi folii pagina prima, in fundo aureo stat Augusta cum duobus nunc et tunc filiis pariter stantibus. Supra

caput Augustæ scribitur, Εὐδοκία Ἀυγούστα, *Eudocia Augusta*. Qui stat a dextris filius ejus, inscribitur Ἀλέξανδρος δεσπότης, crasis pene prestrenæ vocis litteris; *Alexander despotes*; a sinistris Αἰών δεσπότης, *Leo despotes*. Eudocia vero et filii sinistra singuli globulum tenent, in signum imperii. Circa Tabulam a quatuor partibus hi lambi leguntur:

Εὐκλήματόσταν ἀμπελὸν σε τοῦ κράτους  
Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαλήνοὺς δεσπότης  
Βασίλειος προήξει Ῥωμαίων βασις  
Μαθῶν προλαμπέει Εὐδοκίας φωσφόρους.

*Palmitibus ornata imperii tui vitem  
Uvas ferentem, serenissimus nempe despotes,  
Basilius provexit Romanorum imperator,  
Cum splendida Eudociæ lumina edidicisset.*

At abrasis præ vetustate litteris dubitat idem ipse Montefalconius an in postremo versu legendum sit μεθ' ὧν pro μαθῶν. Hanc autem Tabellam, quæ Eudociam Augustam cum Leone et Alexandro filiis representat, in ære incisam exhibuit Ducangius in familiis Byzantinis, pag. 139. De aliis vero Tabellis depictis quæ in laudato codice Regio habentur pluribus agit ipse Montefalconius paulo superius citato loco. Sed ut ad tabellam synodi Constantinopolitanæ formam ordinemque episcoporum experimentem releamus, in ima parte ejus tabellæ habetur Macedonius; ex altera vero parte nomen tantum Apollinaris hæresiarchæ scriptum cernitur, effigies non comparet, cum pars illa folii conscissa sit; qui quidem ambo in eadem secunda synodo cum suis erroribus proscripti fuere.

Sed ut redeamus ad patriarcham Gregorium, imprimis mira oscitantia Georgii Phiranzæ animadvertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Gregorium ponit, neque Josephum restitutum post Veceum a t, sed scribit: *Veceum patriarcham, sua sede depulsum, monachus quidam, Athanasius nomine, excepit.* Verum scriptores omnes, qui res illius ævi memorie prodiderunt, assensum post Veceum Josephum restitutum fuisse, uti supra diximus, et hunc excepisse Gregorium Cyprium; sic de Josepho secundo patriarcha et Gregorio Cyprio refert Ephremius Constantinopolitanus. Quod vero ait Ephremius Gregorium Cyprium a prima ætate patriæ paternaque domo fuisse extorrem, lucem accipit ex Pachymere, qui lib. VII, cap. 34 refert, Gregorium apud Italos natum, et adultum, seseque postmodum inter Græcos conjecisse: *Ἦ παθόντας ἔλεγον (Veceus scilicet) ἐπὶ τὴν παρὰ Ῥωμαίους, καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα καὶ τραφέντα συχναῖς περιδύλλοντες λαιδύριαι, ἐπειτα φεύγετε, ἄνδρα δὲ παρὰ Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὐκ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς, καὶ γλώττη πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφράζαντα εὐφημοῦντας δέχεσθαι.* Quid passi, dicebat (Veceus), me apud Græcos et ex Græcis natum et adultum, frequentibus omnium maledicentiis, fugitis, virum vero, apud Italos et natum, et adultum, prætereque i, so habitu et lingua in Græcos intrusum, non sine laude accipitis? Cætera vero, quæ ad Gregorium Cyprium spectant ac ejus patriarchatum, videri possunt apud Pachymetrem et Gregoram, qui fusc de eo scriperunt; necnon apud alios scriptores, qui res illius ævi memorie prodiderunt. Restat nobis ut de hujus patriarchatus annis, ac ejus depositione aliqua dicamus. Gregorius Cyprius, uti supra ex Pachymere demonstravimus, renuntiatus fuit patriarcha mense Martio anni Christi 1285, et die Palmaram, qui illo anno incidit in diem undecimum mensis Aprilis, consecratus fuit patriarcha C. a Germano Heracleensi antistite. Hic cum sedisset annis sex, patriarchatum abdicavit circa mensem Junium anni Christi 1289. Cur autem Gregorius patriarchatu valedicere cogit pluribus exponit Pachy-

meris, ex quo quidam auctore, et ex scriptis ejusdem Gregorii, necnon Joannis Chikæ metropolitæ Ephesii quæ hic subjiciemus, rerum quæ in hæc causa gestæ sunt seriem adornavit doctissimus nostrique amantissimus Michael Lequ en, nobisque pro more perhumaniter obtulit. Et sic habet: Nicephorus Gregoras perstrigit panis, nec satis enarrat, quæ causa fuerit, quæ Georgius, seu Gregorius Cyprius, Byzantino patriarchatu eedere cogeretur. Cuncta vero fuse et ad longum Georgius Pachymeres recitat libro primo et secundo Historiæ Andronici Paleologi: quorum hæc summa est. Convocato propter quasdam de patriarcha Cyprio Joannis Becci ex postulationes, episcoporum, clericorum, et monachorum, necnon procerum imperii, coram imperatore cœtu & concilio, cui Gregorius ipse Constantinopolitanus et Athanasius Alexandrinus præerant, accersiti Beccus ejusque socii Constantinus Melitiniota et Georgius Melitichita, de Spiritus sancti processione disputaverunt. Cumque præter quosdam Nysseni Gregorii locum, quo Spiritus diæ τοῦ προσώπου, per illum qui proxime et contigue est ex Patre procedere dicitur, alteram ex Joanne Damasceno protulissent, quæ asseritur Pater diæ λόγου προβολῆς ἐκφαντικῶν ἡνεύματα; per Verbum esse manifestantis Spiritus productur; hinc genuinus et sincerus esset agnitus, neque de processione alia quam de sempiterna intelligendus veniret, in miras ambages schismatici conclusi sunt. Conventu soluto ne Beccus cum suis vicisse videretur, patriarchæ Gregorio data provincia est libelli condendi, quo Damasceni dictum a Becci et Latinorum sententia alienum ostenderetur, conciliareturque cum istis aliis ejusdem Doctoris verbis, Ἐξ δὲ τοῦ τοῦ ἡνεύμα οὐ λέγομεν, Ex Filio autem Spiritum non dicimus. Scriptus a Cyprio tomus, in ecclesia lectus fuit, quæm imperator, et ipse patriarcha, nonnullique alii suscriptionibus suis munierunt; multis tamen refragantibus, qui, nec minis, nec tormentis adduci poterunt ut subsisterent. Quorum renitentia hæc causa erat, quod in tomò enuntiaretur, priore Damasceni loco significari Patrem esse Spiritus per Verbum productorem, non ut Spiritus per Verbum existat, sed ut per illud effulgeat. Verba quippe tomii hæc erant, quæ refert Leo Allatus in *Vindictis Syn. Ephes.* cap. 60, ex orat. 4 Josephi Bryennii de Trinitate: Ἐξ καὶ γὰρ διὰ τοῦ τοῦ πατρὸς τῶν ἁγίων ἐκπορεύσθαι τὸ ἡνεύμα τὸ ἅγιον εἰρηται, τὴν εἰς ἄδιον ἐκφανῶν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σηµαίνων βούληται. Licet enim apud sanctos aliquos per Filium procedere Spiritum sanctum affirmetur, dictum hoc progressum in æternum effusionem, non ad hoc ut sit, pure et proprie significat: alia libelli ejusdem excerpta post Bryennium Allatus addit in eadem sensum convenientia. Plura vero legi possunt apud Beccum, qui Cyprium tomum opinacine duobus consulavit, quæ exstant in secundo volumine *Græcæ orthodoxyæ*. Qui patriarchæ tomum improbabant, non capiebant, inquit Pachymeres, quid tandem discernimus esset inter productionem Spiritus sancti ad existentiam, et processionem ad sempiternam exsistentiam; eo maxime quod Ecclesiæ doctores divinarum personarum Filii et Spiritus sancti emanationes ex Patre seu processiones ἐκφανταί, effulgentias, plerumque vocarent: unde illi concludebant, datam a Gregorio expositionem Latinorum causæ lavere magis, quam necesse. editum igitur contra se tomum, ut primum Beccus accepit, calamitatem adversus illum strinxit, ac, præter Byzantinorum spem, qui nihil nisi inconditionis larentis animi voces ab eo præstarentur, sollicitissima conulatione crucem adversarii fixit, tantamque patriarchæ schismatico confudit invidiam, ut omnes illum in ipsius Joannis Becci, ejus olim socius fuerat, sententiam conspirasse arbitrarentur. Nec ab

re qui lem; quippe cum, præter illa quæ post Allatum attuli, aliam sensum non reddunt altera hæc tomii verba quæ apud Beccum leguntur oratione I: Ἄλλὰ διὰ τοῦ τοῦ καὶ ἐξ τοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν, οὐ λεγόντων διὰ τοῦ καὶ ἐξ τοῦ τὴν ὑπερβῆν ἔχειν οἱ εἰρηκότες ἡτέρες τὸ ἡνεύμα ἐρησαν. Patres dixerunt, Spiritum per Filium et ex Filio naturaliter existere: non item per Filium et ex Filio existentiam habere. Quasi vero per Filium et ex Filio existere, non idem sonet, atque, vice versa. Quid distinctione ista stolidum magis excogitari possit? Legatur Beccus t. II *Græc. orthod.*, pag. 252. Alia vero rursus ex eodem tomò pessimæ doctrinæ plena strenuus iste rei catholicæ defensor et patronus carpit, quorum hoc præcæteris minime prætermittendum censui. Scilicet aiebat Cyprius: Μηδὲν καίνον εἶναι μηδὲ τῆς τῶν Γραφῶν συνθηκῆς ἀλλότριον, εἴαν τὸ πνευματικὸν χάρισμα ἅγιον ὁμοῦται: ἡνεύμα καλεῖται καὶ τὴν ἐνεργεσίαν ἔστιν ὅτε οὐ καίεται τὴν τοῦ ἐνεργούντος κλήσιν, ὡς ἡ τοῦ ἡλίου λαμπρότης καὶ αὐτῆς πολλὰκις τὴν τοῦ ἡλίου. Nihil esse novi, neque a Scripturæ consuetudine alienum, ut spirituale donum Spiritus sanctus appellatur: quin imò actionem aliquando sibi nomen agentis asciscere, veluti splendor et radius soli serpennero nuncupatur. Quibus verbis significabat æternam Dei actionem, sempiternum lumen divinum, quæ tribus personis communia sunt, Spiritum sanctum quandoque appellari. Id quod explicatus ipse declarat in fragmento alterius, ni fallor, operis *Contra Beccum*, quod mihi suppeditavit colex Rægius 2953, et cujus magnam partem alibi recitavi in dissertatione critico-historica *De processione Spiritus sancti*. Atqui hæc præambulam Gregorii Palamæ impietatem continebat, divinam operationem, quam θεότητα, Deitatem, appellabatur, re a Dei essentia distinctam, Deoque et personis tribus cœternam esse, ipsamque creaturis ratione præternis communicari contententis. Quocirca Beccus æmuli sui erratum arguit allato capite integro Theodori Abucaræ quod inter edita vicesimam septimum est, et quod nihil disertius Palamiticæ insanitæ opponi possit. Hanc autem divini luminis et operationis a divina essentia distinctionem tunc primum, cum ante audita non fuisse, auctore Cyprio invectam fuisse his verbis Joannes Beccus testatur: Ὁ δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς φησι, γενναίως ἐδοκίμησεν συκοφάντας ἡμᾶς; καὶ τὸν ἀγίον ἀποστόλων ὑβριστὰς, τοὺς οὕτω τὴν θεολογικὴν μετέδοντας ὁδὸν, τί ἂν παρ' ἡμῶν κληθεῖται αὐτοῦ; ὁ αἰσθῶν καὶ ἀπὸ κοιλίας νέας ἀρετὴ δογματικῆς φωνᾶς; τῆ τοῦ Θεοῦ εἰσηγούμενος ἀκακιστῆς; At veritas, qualem se ipse dicit, præclarus vindex, qui calumniatoris et sanctiorum conviciatores nos vocat, qui hac ratione res theologicas tractamus, quoniam a nobis ipse conpellabitur, qui ex propriis suis, et nunc primum e ventre novellas pluciorum voces in Ecclesia Dei proferre aggreditur? Testimonium istud Becci obiter attuli, quo evincerem, nequaquam eum, dum patriarcha Constantinopolitanus esset, Palamam ejusque errores prosecripisse, tametsi id Combenstio nostro, quando secundam novissimam sui Auctaræ partem edebat, persuasum fuit: quin potius Palamæ Cyprium prævisse, ejusque hæresim suis in scriptis contra Beccum performasse. Quamobrem Joannes ille patriarcha, a quo Gregorium Palamam primum fuisse damnatum Cyparissiotus tradidit, aut Joannes Glycys fuit, aut potius Joannes Caicæcus Aprenus, Esate successor, quod cum historicis Canacuzeni et Nicephori Gregoræ consentaneum prorsus est, Joannis Becci adversus tomum lucubrations animos adversarii Gregorii addiderunt, ut ardentioribus seditis contra illum insurgerent. Horum præceptum erant Joannes Canis metropolitæ Ephesius, Daniel Cyzicæcus et Theoclyptus Pama-gelphinensis, cum quibus se Maslo magis loqu-

theta adjunct. Leo Allatus lib. II *De consens.*, cap. 41, col. 513, libellum Græcæ Latineque edidit, quem Chilas imperatori contra totum obtulit. Quod in causa fuit ut Cyprius tomi sui expositionem scriberet, quæ nunc primum prodit ex col. Reg. 3442. In ea expositione contendere pergit, aliam esse personæ divinæ Spiritus sancti processionem ad existendum, et aliam ad effulgendum: primam innui a Scriptura et Patribus, quando Spiritus dicitur a Patre procedere; secundam, quando a Patre per Filium. Cæterum Joannem Beccum perjurii accusat, et libellum recitat, quem ille, ad efferatos adversum se plebeculæ animos placandos, Josepho patriarchæ dederat, subscripseratque, ceu Latinorum dogmati abrenuntiaret, et abdicationem suam approbaret. Qua vero mente Beccus id gessisset, ipsemet declaravit initio disceptationis suæ, quæ in concilio coram imperatore ipsum habuisse narravi, quæque horum omnium motuum causa extitit. Insuper vero Theoleptus Cyzicenus patriarchæ Gregorio objecit, in tomo vestigia reperiri impiæ doctrinæ Marci monachi, qui librum nuper vulgaverat, in quo nomen *προβολεύς productor*, ambiguo perinde sensu usurpatum narrat Pachymeres, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν *προβολεύς*. Hunc Marcum alienigenam fuisse, Græcum, idem historicus tradit, et quantum ex inscriptione confessionis Gregorii, de qua mox dicitur colligitur, ex Hebræo Christianus factus fuerat, ac subinde monachus. Ex quo revincitur amplius error viri illius alioqui doctissimi, qui Marcum hunc eundem esse putavit ac Marcum Ephesium qui post centum et quinquaginta annos contra Latinos disputavit in synodo Florentina. Ejus quidem errori favere videtur, quod in indice Bibliothecæ Scoriacensis legatur, *Γρηγόριος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii apologia in epistolam Marci Ephesii*. Verum librarii oscitantia vel imperitia factum est, ut vox τοῦ Κυπρίου Cyprii, interjecta sit: cum hoc opus reddendum sit Gregorio protosynceilo, qui postremus Byzantinorum patriarcharum fuit, ante captam a Turcis civitatem: nisi tamen pro Μάρκου τοῦ Ἐφέσου scribendum fuerit, Ἰωάννου τοῦ Ἐφέσου *Joannis Ephesii*, Chilæ scilicet adversarii Gregorii Cyprii; quod obiter a me dicitur sit. Atqui Marcus ille monachus exiguum volumen quod scripserat, emendatum jactabat, et approbatum a patriarcha, quicum arctissima necessitudine jungebatur. Qua re factum est, ut statim atque Marci liber emissus in publicum fuit, Gregorius Cyprius ejus auctor censitus sit. Quam criminationem patriarcha ut repelleret, *Confessionem*, quam dixi, *fidei* condidit, qua Marci dogmata execratus est. Id quod etiam in altero supplice ad Andronicum imperatorem libello præstitit. Interim qui pro Gregorio stabant, Athanasium Alexandrinum imperatore annuente, compellant ut tomo subscribat: quod tamen ille facere noluit; causatus sibi satis otii et facultatis non esse ad singulas ejus voces explorandas, eo maxime quod Constantinopolitanorum mores et sensus perspectos non haberet. His commotus imperator, ardens suam erga Cyprium studium temperare cœpit, eique colloquium publicum exoravit, in quo mentem planius suam explicaret, annuit primum, atrox vero mutata sententia abnuit, veritus ne idem accideret quod in anteriore cum Becco disputatione, ex qua res Ecclesiæ nihilo pacatiores evaserant. Quin imo Andronicus misit, qui sedis abdicationem ab ipso poscerent. Jam enim Cyprius e patriarchali domo in Hodegorum monasterium migraverat, in quo scribendis pro sua defensione libris vacabat. Posthac autem, ne patriarcha inausultus damnaretur, publicum conventum imperator edixit, in quo lecta est illius *Confessio fidei*, et ab

A omni prævæ doctrinæ suspicione immunis judicata. Nihilominus Ephesinus metropolita et Cyzicenus palam protestati sunt, minime se in communionem posse venire cum homine qui certis de causis hæresis invidia aspersus esset. Cui sententiæ quia pertinaciter adhærescebant, nec imperatoris monitis et adhortationibus cesserant, in separatas custodias uterque missus est, e quibus non nisi post annos aliquot, et vix ægre educti sunt. At Theoleptus Philadelphiensis omnem offensionem hanc ex solo Marci libro acceptam prætexens, Gregorium rectæ fidei alumnum judicatum iri dixit, si Marci doctrinam detestaretur (disertius utique quam in confessione et in libello ad imperatorem. Quod quidem a Cyprio præstitum fuisse, Pachymeres non narrat: sed, cum hæc ille audisset, gratiis actis imperatori, postera die confessionis libellum dedisse. Rursum vero imperator, collectis iterum synodis, operam ponebat, ut tomus saltem emendaretur et exponeretur: id quod tamen selecti ad hoc operis viri conficere nullatenus poterunt, cum de germano Damasceni sensu tradendo inter eos nequaquam conveniret. Τέλος, inquit sæpe laudatus Pachymeres, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐπὶ τῆ τοῦ γράμματος διορθώσει, ὑπέβητον τὸ λὸν τὴν ἐξηγήσιν, κρείττον ἡγήσάμενοι μὴ ὄλω; τὸ βίβλον ἐξηγεῖσθαι, ἢ ἐξηγουμένους ἀναρρίπτειν κινδύον. Ac consulto prorusus: nam præter Beccii expositionem, qua sincerior altera non occurrerat, ut, positus præjudicis, sentiant omnes, qui in libris ejus legendis operam ponunt, Cyprius in apologia quam pro suo tomo iterum scripsit, illos adversarios relollit, utique schismaticos, nec a Joanne Ephesio, Danielé Cyziceno, et Theolepto Philadelphiensis diversos, qui Joannis Damasceni dictum *προβολεύς διὰ λόγου ἐκφαντορικῶς Πνεύματος, manifestantis Spiritus per Verbum productor*, sic interpretarentur, ac si dixi *λόγου, per Verbum, δι' Υἱοῦ, per Filium*, apud sanctos Patres idem sonaret, atque σύν τῷ λόγῳ cum Verbo, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, cum Filio, ἅμα τῷ Υἱῷ, *una cum Filio*: quæ quidem postremam interpretationem tum Patrum sententiis, tum grammaticæ legibus et usui contrariam pluribus ostendit et evincit. Interim vero Joannes Beccus præter libros adversus Gregorii Cyprii tomum quos citavi, quatuor alios ad Constantinum, Melitiniotam utique, scripsit, quibus ejusdem toni expositionem a Cyprio adornatam, confutavit. Hos etiam Leo Allatus cum aliis edidit: I. *Græciæ orthodoxæ*. Gregorii vero Cyprii opuscula, quæ in codicibus Regiis, ac præsertim 3442, reperi, hic subscribenda censui, quo rerum gestarum series melius a studioso lectore percipiatur. (Extant jam edita in tomo nostro CXLII.)

Col. 468 C. *Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας*, etc. *δ' ἐτη*... Abdicatio patriarchatu Gregorio Cyprio circa mensem Junium anni Christi 1289, ut paulo superius monuimus, in ejus locum sufficitur Athanasius monachus e Monte Gano; cujus promotionem celebravit Andronicus ad magnum palatium in Triclinio Justiniano congrua tali functioni magnificentia, sed cum sinistro augurio terræmotus, ut scribit Pachymeres, lib. II, cap. 15, et die quarta decima mensis Octobris ejusdem anni ordinatur Athanasius, ut tradit idem scriptor citato loco. Hic autem cum sese rebus temporalibus vehementius immisceret, a populo ejicitur, ut scribit hic Nicephorus Callisti; quod quidem confirmatur ex Pachymerc, qui pluribus res ab eo in patriarchatu gestas, ac ejus mores describit. Coactus autem fuit patriarchatum abdicare postquam quadriennium sedisset, nimirum die decima sexta mensis Octobris, ut tradit idem scriptor, cap. 24: Τοῦτο δὲ τις καὶ μόνον παρατηρήσειεν, οἷ τεσσαρσιν ἐνιαυτοῖς τὴν Ἐκκλησίαν κατέχων, αὐτὴν σχεδὸν ἡμέραν εἶδε τῆς ἐκβολῆς, ἣν ὄη καὶ τῆς ἀναστασεως ἐβλῶκεν, ἥτις καὶ Ἐλαφροβλιώνος ἐκκαθε-

αὐτὸν ἔν. Unum tamen ad ea illud non de nihilo quis observans adjunxerit, sic exacte quadricennium in patriarchatu Athanasium explevisse, ut eandem ferme initi relictiave regiminis Ecclesie numeraverit diem sextum decimum Octobris. Sic Pachymeres; ex quo quidem patet Athanasium patriarchatum abdicasse die decima sexta mensis Octobris anni Christi 1293, cum vel s-et annis quatuor, et duobus præterea diebus, cum ejusdem consecratio contigerit, ut paulo superius ex Pachymere diximus, die quarta decima mensis Octobris anni 1289. Fallitur igitur Georgius Phranza qui Athanasio annos octo integros assignat. Quam vero fuerit Athanasius hominum regendorum ignarus, quamve sævus et inhumanus, facile quisquam cognoscere poterit, non solum ex Pachymere, qui plura de eo, (nam Gregoras schismaticorum hominum laudator in Athanasium valde propensus fuit), sed etiam ex insus Athanasii epistolis, quas ad imperatorem Andronicum, et ad alios complures conscripserat. Quarum quidem epistolarum habetur codex chartaceus in bibliotheca regia, quem huic donavit Il. D. Carolus Mauritius Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis, ut scribit doctissimus Boivinius in notis ad Gregoram, ubi de hoc codice ac epistolis et aliis Opusculis Athanasii patriarchæ loquitur. Libet autem nobis (quoniam sex abhinc annis omnes Athanasii epistolas ac Opuscula ex laudato codice Regio exscripsimus et in Latinum vertimus) hic integrum indicem prædictorum operum exhibere, quem cum ex schedis Boivinii, tum etiam proprio labore adornavimus. (Sequebatur Athanasii Epistolarum Index, quem jam editimus in tomo CXLII.)

Col. 468 C. Ἰωάννης μοναχός, ἔτη 0'. Abdicato patriarchatu Athanasio die decima sexta mensis Octobris, anni Christi 1293, uti supra demonstravimus, in ejus locum succeditur Joannes Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur; ejusque consecratio peracta est Kalendis Januarii anni 1294, ut scribit Pachymeres lib. II, cap. 28, ubi hujus viri ingenium ac mores describuntur. Hic autem patriarcha e sede pellictor ab Andronico, ut in ejus locum Athanasius restituitur, die vicesima tertia mensis Augusti anni Christi 1304, cum sedisset annis novem, mensibus septem, et diebus præterea viginti duobus, ut observat Possinus lib. III, Chronologico ad Pachymerem.

Ibid. D. Καὶ ἀνάγεται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος. Ad Athanasium secundo patriarcham desinit Catalogus patriarcharum CP. a Nicephoro Callisti concinnatus, nimirum ad annum Christi 1304, quo quidem tempore Nicephorus florebat, uti in Præfatione monemus, ubi plura de ipso, ac ejus scriptis placuit dicere. Quod vero attinet ad tempus Athanasii secundo patriarchæ, illum restitutum fuisse in sedem die vicesima tertia mensis Augusti, anni Christi 1304, paulo superius ex Pachymere demonstravimus; qui rem totam pluribus narrat. Huic secundo patriarchæ annos sex, et totidem menses attribuit Matthæus Cigala, et Philippus Cyprius, Georgius vero Phranza annos octo eidem secundo patriarchæ assignat. Sic Pontanus ex Phranza: *Ierunquæ Athanasius in eo est latus. Hic postquam claves Ecclesie octo annos tenuit, rursum scandala emerferunt. Sic cui quies antea semper jurat, sedem patriarchicam valere rursus jubet*, etc. Gregoras autem lib. VII, cap. 9, causam cur Athanasius secundo patriarchatum abdicaverit, pluribus narrat, ubi doctissimus Boivinius ad marginem monet, id factum anno Christi 1310, unde apparet Athanasium secundo patriarcham sedisse annis sex, et aliquot mensibus.

Ibid. Καὶ ὀμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀρ-  
δίου μέχρι τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχαι  
14'. ἔτει 37'. Numerus ab orbe condito hic appo-  
situs depravatus a scriba videtur; nam vel desinit

A in initium patriarchatus Joannis Sozopolitani, vel ad finem; si ad initium ita restituendus ἔξει 3703', anno 6802, Christi 1294 quo anno Joannem inauguratum fuisse, supra demonstravimus. Si vero numerus ille in finem desinat, ita restituendus, ἔξει 3703', anno 6812, Christi 1304, quo anno e sede pulsum fuisse Joannem supra monuimus. Ceterum cum Historiam imperatorum Constantinopolitanorum a Constantino Magno ad ultimum imperatorum Christianum texere sit animus, libet etiam huic catalogo Nicephori Callisti seriem integram patriarcharum Constantinopolitanorum subungere, nimirum illorum qui post Athanasium secundo patriarcham sederunt, ad Gregorium qui ultimus fuit patriarcha ante captam a Turcis Constantinopolim. Hoc quidem præstabit catalogus patriarcharum CP. editus ab eruditissimo P. Labbeo ex codice ms. Bibliothecæ Claromontanæ; singulis autem locis, si opus fuerit Notas, sed breviores, adjiciemus. Quam vero imperfecti sint catalogi patriarcharum CP. editi a Matthæo Cigala et Philippo Cyprio, et maxime post Athanasium ad captam usque a Turcis urbem, facile quisque cognoscere poterit ex iis quæ infra dicturi sumus. Sic igitur habet Claromontanus codex:

*Catalogus patriarcharum Cpolitianorum inde ab Athanasii præsulatu usque ad captam a Turcis urbem Regiam.*

Νίφων ἔτη γ'. μῆνας ι'. Nimirum, Niphon annis 5, mensibus 10. Abdicato secundo patriarchatu Athanasio anno Christi 1310, uti supra monuimus, Ecclesia Constantinopolitana per biennium vacavit; tandem Niphon Cyzici metropolitani sedem illam occupat, initio anni 1312, ut scribit Nicephorus Gregoras, lib. VII, cap. 9, ubi hujus viri ingenium ac depravatos mores pluribus describit. Habentur et Athanasii patriarchæ CP duæ Epistolæ quæ ad Niphonem huic spectant, nimirum, una ad imperatorem, *de Domino Niphone Cyziceno episcopo. et de accusationibus contra eundem ipsi oblatis*; altera ad magistrum libellorum supplicum, *de electione qua creatus patriarcha fuerat episcopus Cyzici.* (Vide tom. CXLII.)

Hic cum sedisset annis tribus, et decem mensibus, anno Christi 1315, e patriarchali sede pellictor ob multa et variæ sacrilegia, ut scribit Nicephorus Gregoras cap. 11, paulo superius citati libri. Ceterum habetur in codice Regio n. 2964, fol. 199, verso, Oratio Nicephori Chummi, laudata a Boivinio in notis ad Gregoram, quæ sic inscribitur: *Ἐλεγχος κατὰ τοῦ κακῶς τε πάντα πατρ' ἀρχεῦσαντος Νίφωνος, ἀνενεχθεὶς παρὰ τοῦ Νικομηδείας καὶ τοῦ Μιτωλήνης πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον.*

Ἰωάννης ο' Γλυκὺς ἔτη δ'. Nimirum, Joannes Glycys annis quatuor. Pulso e sede Niphone anno Christi 1315, et uno anno interjecto in ejus locum, succeditur Joannes Glycys logotheta cursus publici, qui uxorem filiosque et filias habebat; sed ejus uxor statim monasticum habitum induit; ille vero, quod certis anni intervallis articulatorum doloribus afflicteretur, ipso indui non potuit; nam de medicorum sententia carnibus ei vescendum erat, ut scribit Gregoras, lib. VII, cap. 11, ubi hujus patriarchæ virtutes ac in litteris peritiam (1) pluribus prædicat idem scriptor; qui etiam ibidem testatur, se usum fuisse Joannis consuetudine ad stylum expoliendum. Huic patriarchæ annos quatuor assignat et Gregoras lib. VIII, cap. 2, ubi ait Joannem, quod ejus morbus ingravesceret, abdicata dignitate, quarto anno patriarchatus, in Cyriotissæ monasterium se contulisse. Quod quidem accidit anno Christi 1320. Vide ibidem patriarchæ hujus testamentum, quod Gregoras ab eodem accersitus conscripserat. Verum, ut optime monet doctissimus Boivinius in Notis ad Gregoram, non ibi Testamentum ipsum patriarchæ, sed Testamenti præmium profert Gregoras, cujus sese auctorem

(1) Eius librum de vera Syntaxis ratione edidit Jahnius Bernæ 1819, 8°.

manifestum prodit. Exstant, inquit idem Boivinus, in codice Regio 3229, opuscula duo, ejusdem ferme et argumenti et styli; quorum primum inscribitur, Τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκτοῦ ἡ παραίτησις τοῦ πατριάρχου, alterum, Τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὴν βασιλεῖα τὸν ἅγιον.

*Γερασῖμος ἔτος α'.* Gerasimus anno uno. Joanni successit Gerasimus, sacerdos monachus e monasterio Manganorum, anno Christi 1320. Hic, ut scribit Gregoras, lib. viii, cap. 2, erat vir simplici ingenio, et prae senio surdaster, litterarumque Graecarum omnino expers. Tales enim ab imperatoribus eligi consuevisse, ut dicto audientes eis sint, et nulla in re ipsis refragentur, tanquam mancipia, tradit idem scriptor laudato loco; et Georgius Phranzes ait, eum fuisse moribus nauci atque inutilem, et praefuisse Ecclesiae Constantinopolitanae exiguum tempus, eamque haud sponte dimississe. Gregoras Gerasimi mortem accidisse scribit pridie quam Andronicus nepos urbem deseruerat; quae quidem fuga Andronici contigit die vicesima mensis Aprilis anni 6229, Christi 1321, ut tradit idem scriptor. Igitur mors Gerasimi accidit ipso die Paschatis, quod illo anno incidebat in diem 19 Aprilis. Cantacuzenus vero Gerasimum obiisse refert ea ipsa nocte, qua Andronicus nepos urbem deseruerat.

*Ἡσαίας. . . .* Gerasimo fati functo die 19 mensis Aprilis anni Christi 1321, ut paulo superius monuimus, sedes Constantinopolitana tribus ferme annis vacavit; denique Esaias monachus ex monte Atho septuagenario major, nulla sacerdotali dignitate praeditus, idemque adeo imperitus ut nec prima quidem litterarum elementa perfecte posset conjungere, in urbem venit; eumque imperator ob nimiam morum simplicitatem in patriarchalem sedem tum temporis vacantem imposuit: quamvis multa crimina libere illi objecta et passim testata fuissent, propter quae olim saepe exclusus omni sacerdotum ordinum gradu fuerat, ut scribit Gregoras lib. viii, cap. 12. Renuntiatum autem fuit Esaias prid. Kal. Decemb. indictione septima, hoc est, anno Christi 1323, ut scribit Dorotheus in Synopsi. Perperam igitur Spondanus hoc factum ait anno 1322. Moritur autem Esaias, ut scribit Gregoras, et ut ex iis quae mox dicturi sumus, patebit, anno Christi 1333, cum sedisset decem ferme annis.

*Ἰωάννης ὁ Ἀπρηθός. . . .* Mortuo Esaias anno Christi 1333, ut paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur hoc ipso anno Joannes Apris oriundus, Calceas cognomine. Huic anni quatuordecim assignantur in codice Regio 3058, folio 98, ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος καὶ σοφὸς ἴσαν ὁ Καλέκας ἔτη ιθ'. His consona habet Gregoras qui lib. xvi, cap. 4, ait, Joannem annis circiter quatuordecim patriarcham fuisse: καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκῶς Ἰωάννην, ἐν τοῖς Βυζαντίου ὀρθραίοις δέσμιον ἐπαπόμφει φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμνος καὶ αὐτὸς, μεγίστης καὶ δυσεπίστατος τοῖς δημόσιος γένηται πράγματι βλάβης αἰτίας. Ὅς καὶ μικρὸν ἐπιβιούς, ἐνταυθα ἐτελεύτησε, πέντε καὶ ἐξήκοντα γεγονώς, ἐγγὺς ἔτη πατριαρχεύσας μὲν περὶ πού τὰ τεσσαρακάδεκα, ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθλίρεσιν μῆνας δέκα. Hinc autem ille ante omnia Joannem patriarcham eiecit; ei Byzantium, ut in palatio vinculus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quae illic ciebantur, maximum et intolerandum republicae detrimentum offerret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potius, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Deposuit fuit Joannes meunte anno Christi 1347, ut tradunt Gregoras et Cantacuzenus: oportet itaque, ut scribit Boivinus in Notis ad Gregoram, Joannem creatum esse patriarcham anno Christi 1333, non vero anno 1331

ut videtur tradere Cantacuzenus; nam praeterquam quod ab anno 1333 ad annum 1347 anni numerentur quatuordecim, quibus eum sedisse supra demonstravimus, Gregoras et Cantacuzenus hujus depositionem in annum 1347 expresse conferunt. Hinc corrigendus est Spondanus qui hujus depositionem in annum Christi 1345 confert.

*Ἰσίδωρος ἔτη β', μῆνας ζ'. ἡμέρας ιε'.* Pulso e sede Joanne Calcea anno Christi 1347, in ejus locum hoc ipso anno substituitur Isidorus; qui, ut scribit Gregoras lib. xv, cap. 10, antehac Mambasiae electus fuerat episcopus, mox novorum Palamae errorum cum et ipse convictus fuisset, dejectus dignitate fuerat, et a sacra communione segregatus. Eodem nunc patriarchatum obtinente, scissum estatim Ecclesiae corpus. Sic Gregoras. Vide tomum Ignatii patriarchae Antiocheni contra hunc Isidorum scriptum, qui tomus habetur apud Allatum (*De libris ecclesiasticis Graec. dissert. 2*), Novembri mense promulgatus, indict. 13, hoc est anno Christi 1344 exeunte. Vide item Orationem Palamae adversus Joannem Calceam patriarcham scriptam, in qua ipse suam et Isidori causam pluribus agit. Haec habetur edita Graece tantum ex codice Regio in notis ad Gregoram. Mors autem Isidori refertur a Gregora lib. xviii, cap. 1, quae quidem accidit anno Christi 1349 exeunte.

*Καλλιστος ἔτη ιβ'.* Callistus annis duodecim. Callistus monachus ex monte Atho, unus ex Palamae amicis, in patriarcham eligitur anno Christi 1350, ut scribit Gregoras lib. xviii, cap. 1, ubi hujus patriarchae ingenium ac mores pluribus describuntur. Hic patriarchatum adeptus synodum celebravit, in qua Palamas orthodoxus declaratus fuit: eam Comheffisus edidit parte secunda Auctarii novissimi. Hic dum legatione fungeretur apud Craenam pro societate contra Barbaros in Thracia, moritur, ut scribit Cantacuzenus, lib. iv, cap. 50, cujus quidem mors accidit sub finem anni Christi 1362, quod patet non solum ex eo quod huic patriarchae anni duodecim assignantur, verum etiam ex iis quae de successoribus infra dicturi sumus. Caeterum monere hic necessarium esse duximus Callistum patriarcham quod negaret Mathaeum imperatorem designandum, ut scribit Cantacuzenus, e throno dejectum fuisse, et in ejus locum suffectum fuisse Philotheum, de quo infra dicemus. Tum Callistum Galatam, inde Tenedum ad Palaologum confugisse, ait laudatus scriptor. Hoc autem accidit circa annum quartum ejus patriarchatus, Christi 1354. Verum postmodum Joanne Cantacuzeno monastico habitu induto, et Palaologo Constantinopolim reverso anno 1355, initio anni sequentis patriarcha Callistus Tenedo reversus, ut scribit Cantacuzenus, ecclesiasticam potestatem recepit, cum contradicere nemo auderet: quin nec ipse episcoporum de restitutione sua suffragium expelebat. Sed indignissime non a Cantacuzeno solum, verum etiam ab episcopis violatum se arbitratur, suo sibi suffragio reditorem confirmans, injuriae auctores ad poenam deposebat. Sic de eo tradit idem scriptor.

*Φιλόθεος ἔτη ιγ', μῆνας ζ'.* Philotheus annis tredecim, mensibus sex. Philotheus et ipse Palamita Heracleae episcopus, ut supra diximus, anno Christi 1354 renuntiatum fuit patriarcha in locum dejecti e sede Callisti, verum post biennium circiter sedis hujus, rursus Callistus non episcoporum suffragio, a quibus deturbatus fuit, sed propria auctoritate in sedem, a qua injuste dejectum se credebat, rediit, ut scribit Cantacuzenus. Et hi duo anni, quibus prima vice cexerat Ecclesiam Constantinopolitanam Philotheus, ab auctore hujus catalogi non recensentur; fortassis quod tum Callisto legitimo patriarcha vivente, intrusi potius patriarchae quam legitimi nomen mereretur; sed ut res habeat, Philotheus, mortuo Callisto sub finem anni

Christi 1362, uti supra monuimus, in ejus locum A sufficitur. seu potius in sedem restituitur, ut scribit Cantacuzenus lib. iv, cap. 50, quod quidem factum est initio anni sequentis. Moritur vero Philotheus anno Christi 1376, cum sedisset annis tredecim et sex mensibus post Callistum. Hujus autem patriarchæ qui Palamiticæ factionis erat, plura supersunt scripta, et imprimis Antirrhethici pro defensione tomî Palamitici, quibus mortuum Gregoram refutare, Cantacuzeno hortante, conatus est. Habentur autem hi Antirrhethici contra Nephorum Gregoram in bibliotheca Regis Christianissimi mss. et a doctissimo Joanne Boivinio passim laudantur in Notis ad Gregoram: iidem etiam asservantur mss. in bibliotheca Vaticana, necnon in bibliotheca Regis catholici. In bibliotheca vero serenissimi Baviaræ ducis, et in bibliotheca Regis catholici habentur ejusdem patriarchæ homiliæ mss. in Evangelia et Dominicis totius anni, et aliæ ex sancto Joanne Chrysostomo potissimum desumptæ. Item Philothei patriarchæ Anathematismorum sub Constantino Porphyrogenito, et duobus aliis imperatoribus latiorum, everso seu confutato habetur mss. in bibliotheca Vaticana. Hujus autem patriarchæ *Sermo encomiasticus* in tres Hierarchas, nimirum sanctum Basilium, Gregorium Theologum, et sanctum Joannem Chrysostomum Latine et Græce editus fuit a Jacobo Pontano societatis Jesu, cum Dioptra Philippi solitarii, Ingolstadtii anno Christi 1604. Hujus item *Homiliam de cruce* Græce et Latine edidit Jacobus Gretserus tom II operis *De cruce*. Vide quæ de aliis ejusdem patriarchæ Philothei scriptis tam editis quam ineditis habent Possevinus, Udinus ac reliqui scriptores. Cæterum de Philotheo patriarcha pleraque perhonorifice scripta reperiuntur apud Cantacuzenum; cui quidem hæc in re nulla fides adhibenda est.

*Μακάριος, ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ιε'.* Macarius annis duobus, mensibus septem, diebus quindecim. Philotheo fati functo anno Christi 1376, in ejus C locum substituitur Macarius hoc ipso anno. Hic cum sedisset annis duobus, mensibus septem, et diebus quindecim, obiit anno 1379.

*Νεῖλος ἔτη η'.* Nilus annis octo. Nilus successit Macario initio anni Christi 1380. Hic cum sedisset annis octo, obiit anno 1388 ineunte, uti ex iis quæ infra dicturi sumus de ejus successoribus facile patebit. Perperam igitur hujus mortem confert Spondanus in annum Christi 1398, et male hunc annos viginti attribuit idem scriptor; sed longum omnino foret hujus scriptoris ac cæterorum, qui de patriarchis CP. scripsere, singula errata hic recensere, uti in Præfatione monemus.

*Ἀντώνιος ἔτη η'.* Antonius annis octo. Mortuo Nilo anno Christi 1388 ineunte, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur Antonius hoc ipso anno; qui cum sedisset annis octo, ut habetur in hoc catalogo, ejus mors necessario contigit anno Christi 1396. Quod quidem magis patet ex iis quæ de annis Euthymii ac Josephi patriarcharum infra ex Georgio Phranza dicturi sumus. Perperam igitur hujus patriarchæ mors in annum Christi 1406 ab Onuphrio confertur.

*Κάλλιστος μῆνας γ'.* Callistus mensibus tribus. Callisto successit Antonio anno Christi 1396, qui cum sedisset mensibus tribus, obiit sub finem hujusce anni. Perperam Onuphrius Callisto hunc secundo annos tredecim assignat; nam ipse non nisi mensibus tribus sedit; Matthæus vero ejus successor annis tredecim, ut habetur in hoc catalogo Græco, cui potior fides habenda est, quam Onuphrio.

*Ματθαῖος ἔτη ιγ'.* Matthæus annis tredecim. Callisto tunc functo sub finem anni Christi 1396, anno sequenti in ejus locum substituitur Matthæus. Hic cum sedisset annis tredecim, obiit anno Christi 1410. Vide que de illo habent scriptores illius ævi.

*Εὐθύμιος ἔτη ε', μῆνας ε'.* Euthymius annis quinque, mensibus quinque. Euthymius successit Matthæo anno Christi 1410, qui cum sedisset annis quinque, mensibus quinque, obiit anno Christi 1416, quo etiam anno ejus mors consignatur a Georgio Phranza; qui sic habet: *Anno mundi 6924, Domini autem 1416, imperator Constantinopolim rediit, et cum eo procerum ordo universus. Quo mense post ejus adventum excessit e vivis patriarcha Euthymius.* Perperam itaque Onuphrius Euthymii patriarchatus initium in annum Christi 1419 confert, ut etiam ex dicendis constabit.

*Ἰωσήφ.* Josephi Ephesi metropolitani renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus die vicesima prima mensis Maii anni Christi 1416, ut scribit Phranzes. Sic etiam Syropulus sect. 2, cap. 4, qui ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, Josephum inauguratum fuisse scribit; Constantini Magni et Helenæ festum agunt Græci die vicesima prima mensis Maii. Hæc Syropulus: *Τῶν δὲ ἀρχιερέων ψηφισάντων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδέας, οὐ γὰρ παρῆν ἐν τοῖς προγεγοῦσιν, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὴν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσήφ, καὶ εἰς πατριάρχην προβάλλεται, Ὅς καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς κατ' αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν κατὰ τὴν ἐνάτην νέμεσιν τὴν θέλει ἐτέλεσε μυσταγωγίαν, καὶ τῷ τῆς ἀγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ.* Quæ sic verito. *Ad electionem patriarchæ cum præsules inter se suffragati, ut moris erat, tria nomina imperatori proposuissent, præserte etiam Mediensis, qui antea in synodo non interfuit, imperator Ephesi præsulent dominum Josephum eligit, ac patriarcham renuntiat. Qui confestim deductus in patriarchium, ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, divini cultus officium celebravit, et in Magna Ecclesia collocatus est, in throno inaugurandis patriarchis destinato.* Moritur autem Josephus Florentiæ, ubi cum imperatore concilio causa reperiebatur, vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, cum sedisset annis viginti tribus, diebus decem et octo circiter. Sepelitur Florentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Novæ nuncupata, FF. Prædicatorum; ad ejus sepulcrum legitur sequens Epitaphium; opus, ut aiunt, Maffei Vegii illius avi poetæ Laudensis non ignobilis. Et sic habet:

*Ecclesiæ antistes fueram qui magnus Eoæ,  
Hic jaceo magnus religione Joseph.  
Hoc unum optabam miro inflammatus amore,  
Unus ut Europæ cultus, et una fides.  
Italiam petii, sædus percussimus unum;  
Junctaque Romanæ est, me duce, Graia fides.  
Nec mora, decubui; nunc me Florentia servat.  
Quæ tunc concilium floruit urbe sacrum,  
Felix, qui tanto donarè munere vivens;  
Qui morerer voti compos et ipse mei.*

De hoc Josepho patriarcha CP. qui concilio Florentino una cum imperatore interfuit, multa scriptores; nobis tamen hæc sufficere dixisse. Cæterum in hoc patriarcha Josepho desinit catalogus patriarcharum Constantinopolitanorum a R. P. Labbeo editus ex codice Claromontano in *Apparatu Historiæ Byzantinæ*: ubi perperam subjungit Labbeus sic: « Josephus ille Florentiæ in concilio generali obiit: cui Græci subrogarunt Constantinopoli Gregorium quemdam cognomine Mamimam, invitum et renitentem, qui expugnationem urbis paulo post futuram prædicens, se munere abdicavit: Phranzes Meissenum vocat, et diem Julii 26, anni 1445, ejus electionem assignat. » Fallitur, inquam, Labbeus hæc ex Phranza scribens; nam idem scriptor diversa omnino tradit, ut facile cuilibet patebit ex iis quæ dicturi sumus de Josephi successoribus ad captam usque a Turcis Constantinopolim; cum animus sit ad illud usque tempus seriem patriarcharum hic ex Phranza proponere. Sic igitur.

Mortuo Josepho patriarcha vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, uti paulo superius demonstravimus, in ejus locum sufficitur a synodo et imperatore Bessarion Nicææ episcopus, hoc ipso anno. Verum hunc, ut scribit Phranza, postea propter perturbationes rerum et scandala, nescio quæ, Constantinopolim non venientem, sed Romæ hærentem, princeps archiepiscopus (*papa Romanus*), cum pensionibus liberalissimis ad numerum et ordinem cardinalium ascripsit. Quenam autem fuerint perturbationes illæ ac scandala, propter quæ Bessarion renuntiavit patriarcha Constantinopolim non adijt, licet ea sileat Phranzes, satis ex anonymo Crusiano cognoscimus; dum scribit pag. 4. imperatore Constantinopolim reverso, eos qui ibi remanserant clericos, monachos, ac cæteros recessisse cum iis, qui ex Italia redierant sacra celebrare, aut in precibus memoriam eorum facere; sed ab eis recessisse, tanquam qui pietatem abjecissent; magnamque inde divisionem concecutam esse: *Οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει: κληρικοὶ, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοὶ, καὶ οἱ λοιποὶ, οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἔλθοῦσιν, ἢ κηρυχθεῖσαι αὐτοῖς: ἀλλ' ἐχωρίζοντο αὐτῶν, ὡς ἄσεβων, εἰπεῖν. Πολλοὶ δὲ παρητήσαντο καὶ τὴν ἱερουσόλην καὶ γέγονεν ἡ ἔνωσις διαίρεσις. Qui vero in urbe debebant clerici, hieromonachi, sacerdotes, abbates, confessionibus audiendis præpositi (pneumatici dicti ac cæteri: ii nolebant liturgias et sacra cum illis, qui venerunt, celebrare; aut in precibus mentionem ipsorum facere; sed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem (ut ita dicam) abjecissent. Multi sacerdotio etiam renuntiaverunt. Denique unitatem divisio, concordiam discordia, consecuta est.* Sed perperam ibi subjungit laudatus scriptor anonymus, ad hunc modum jactato Ecclesie statu, cum patriarcha Josepho illic mortuo nullus esset; nemo etiam propter rerum confusionem se ad honorem patriarchatus promoveri pateretur; Bessarione enim Nicæno et Isidoro Russie antistite Romæ remanentibus: demum Gregorium quemdam cognomine Mamman Pneumaticum, vite sanctimoniam præstantem, arreptum, patriarchatum factum esse invitum: sed cum, cum serpere in dies longius dissidium cerneret, eo se munere abdicasse, prænuntiatum perius imperii interitu, et urbis expugnatione. Perperam inquam isthæc Anonymus Crusianus; nam Georgio Phranza de rebus sui temporis scribenti potior fides habenda: hic enim scriptor tradit, mortuo Florentiæ Josepho, in ejus locum, uti paulo superius diximus, subiectum fuisse a synodo et imperatore Bessarionem; verum cum Bessario propter rerum perturbationes ac scandala Constantinopolim non venisset, sed Romæ hæreret, in patriarchatum electum fuisse Metrophanem. Sic cum Phranza; verum quod idem scribit de electione Bessarionis in patriarchatum post Josephum Florentiæ factum, pugnare omnino videtur cum Actis concilii Florentini; quippe cum Eugenius papa a Græcis petisset ut in locum Josephi defuncti patriarchatum alium ordinarent, ante suum Florentiam discessum, responderunt id fieri nequaquam posse: sed nec imperatorem quidpiam monturum adversus priscam consuetudinem, qua patriarchatum a totius ditomis ejus episcopis eligi oportebat, ac in magno sancti Sophiæ templo consecrari: *Πατριάρχης ἐνταῦθα οὐ γενήσεται, ὅτι: ἔχομεν συνήθειαν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν ψηφισθῆναι, καὶ ἐν τῷ καθολικῷ ἡμῶν ναφ χειροτονηθῆναι. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἄλλως ποιεῖ οὐ ποιήσει, εἰδὼς τὴν συνήθειαν τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν.* Sed de h. c. Bessarionis electione pluribus agit Allatius *De Ecclesiæ Occid. et Oriental. perpetua consensione* lib. III, cap. 3, ubi sic habet: *His nihilominus non obstantibus, imperator ceterisque, qui unionem propugnabant, patriarchatum etiam Bessarionem, si nos non fallit auctor, qui*

lingua Græcorum communi narrationem de synodo Florentina conscripsit; sed, cum sui dicti testium afferat Georgium Phranzam, hoc eodem dictum suum destruit. Phranza enim lib. II, cap. 17 ait, Bessarionem ab imperatore et synodo Florentiæ, post defunctum Josephum patriarcham creatum, qui cum aliis Græcis Constantinopolim non redierat, sed in Italia mansit. Non potuit ergo hoc auctore Bessario Byzantii patriarcha eligi a Græcis, qui Byzantii nullus erat; nisi velimus dicere, absentem electum fuisse; quod plane ridiculum videri poterit consideranti, quæ acta sunt Florentiæ pro electione novi patriarchæ post fato functum Josephum. Græci enim, licet enixe instaret summus pontifex, noluerunt patriarcham eligere, quod non esset moris eum eligere extra Constantinopolim. Et cum Phranza dicat, electum ab imperatore et synodo post defunctum Josephum, videtur, ni me fallunt conjecturæ, illius electionem ponere in Italia; quod Acta synodi omnino non tacuissest. Et falsum est, Bessarionem post concilium in Græciam non rediisse, cum id ipse asserat, epistola ad Alexium: *Μετὰ τὴν γενομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινουπόλιν ἡμῶν ἐπίστροφον. Post celebratum sacrum concilium, et nostrum in urbem Constantinopolim reditum, quod per breve tempus fuisse, certum est. Et forte tum præsens electus fuit, et noluit acceptare. Hoc tamen verbis Phranza non videtur respondere. Et quamvis idem Bessarion dicat in eadem epistola, inter Græcos se summos habuisse honores, non est intelligendus de patriarchatu, sed de iis honoribus, quibus ante synodum in ipsa Græcia fuerat ornatus, inter quos patriarchatus locum non habet. Quare non male opinantur illi, qui asserunt, cum titularem patriarcham Constantinopolitanam fuisse, quales post captam a Latinis Constantinopolim Romani pontifices nominabant, quemadmodum et aliarum patriarchalium sedium, idque nobis insinuare conatur Dorotheus Monembasiensis in Synopsi historiarum. Vide et alia quæ de Bessario scribit idem Allatius paulo superius citato loco. Cæterum ut Phranzae seriem persequamur.*

Metrophanes ex metropolita Cyziceno Constantinopolitanus patriarcha renuntiatum vere anni Christi 1440, post imperatoris Constantinopolim adventum; sed quanto tempore Metrophanes in patriarchatu vixerit Phranzes non aperit. Metrophanes autem hic, ut ait Allatius loco superius a nobis citato, sextus ordine in synodo subscriperat: qui cum in sede collocatus esset, uti par erat, dissidentium machinas sedare conatur, turbulentos in officio continere, de contumacibus quoque penas sumere, quos, episcopatibus pulsos, exsilio multavit, et probos ac pios et morigeros in eorum loca, ut unio propagaretur, restituit. Dum reliqui patriarchæ reclamarent, neque remissis spiritibus arrogantiam sedarent, ex eorum etiam diocæsis male feriatos eiecit, aliosque sibi audientes supponit: quod puto abs, ut summi pontificis permissione hominem, Ecclesiæ Romane reverentissimum, nunquam ausum fuisse. Id reliqui patriarchæ ægre ferentes, Philotheus Alexandrinus, Dorotheus Antiochenus, et Joachimus Hierosolymitanus, licet synodo per legatos subscripsissent, ira perciti, ac furore precipites, coacta synodo, Metrophanem et episcopos ab eo creatos, conviciis onerant, anathemati subjiciunt, et reliquos Christi fideles ab eorum obedientia avertunt. Tandem Joanni imperatori scribunt, hortanturque ut resipiscat; sin minus, excommunicationem minantur. Ut curam Metrophanis, et imperatoris studium in propaganda unione, et aliorum patriarcharum in convellenda, videas, non abs re fuerit, litteras synodales, non cu quoque obvias, hic inserere, inquit Allatius. Littera synodalis contra Metrophanem est: *Ἰὼν πατριάρχων τῆς Συρίας. Ἐπειδὴ ἦκε καὶ ὁ πανιερωτάτος, μητρε-*

πολίτης ἐνταῦθα τῆς ἀγιωτάτης μητροπόλεως Κα-  
 σαρείας Καππαδοκίας ὁ καὶ πρωτόθρονός τε, καὶ  
 ἔξαρχος πάσης Ἀνατολῆς ἅμα μὲν προσκυνοῦνται τὴν  
 πάνσεπτον καὶ θεῖον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-  
 στοῦ τάφον, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἐν Ἱεροσολύμοις ἱστο-  
 ρῆσαι τόπους οὗς τὴ παρὰδοξίᾳ ἐτελέσθησαν τῆς  
 Χριστοῦ ἰκονομίας· μυστήρια, ἅμα δὲ κοινώσασθαι  
 πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καὶ εὐσεβείας  
 Χριστιανῶν μέγα μυστήριον, καὶ δηλοποιῆσαι τὰ ἐν  
 Κωνσταντινουπόλει σκάνδαλα πάντα διὰ τὴν συνα-  
 θροισθεῖσαν ἐν Φλωρεντίᾳ τῇ πρὸς Ἰταλίαν μιανὴν  
 σύνοδον, καὶ τὰ τῶν Λατίνων σὺν τῷ Εὐγενίῳ πά-  
 πα δοξάσαν ἀπερ οὐκ ἔξεστι, τινὰ προσθήκην  
 δηλοῦν ἐν τῇ τῆς πίστεως ἡμῶν θεῖῳ καὶ ἀμωμή-  
 τῳ συμβόλῳ ὑπογράψασαν. καὶ πισθεύσαν ὡς καὶ  
 ἐ· τοῦ Υἱοῦ τὸ θεῖον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, τὰ τε  
 δόγματα συγγνωσάσαν πρὸς ἡμᾶς· θύεσαι, καὶ μνη-  
 μονεύειν διὰ τοῦτο τὸν πάππαν· ἔτι τε τὰ ἄλλα ὅσα  
 παρὰ κανόνας θέσπισμα ἔχειν σὺγκραταθεῖσαν,  
 καὶ στέρεχταν· καὶ ὅπως ὁ Κυρίου μητροφόνος  
 ληστρικῶς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἤρ-  
 πασε, συνανέσασαν τοῖς τε αἰρετικῶν, καὶ τῷ εἰ-  
 ρημένῳ πάππᾳ. καὶ βυζιλεῖ τῶν Ῥωμαίων Παλαιολό-  
 γῳ τῷ Λατινόφρονι, τοὺς μὲν πιστοὺς τε καὶ  
 ὀρθοδόξους ἀπειροῦντι, διώκοντι, τυραννοῦντι, καὶ  
 ἐπιτιμῶντι. τοὺς δ' ὀπίστους καὶ κακοδόξους προ-  
 κλοῦντι, τιμῶντι, καὶ ἀναθιβάσκοντι, ὡς τῆς ἑαυ-  
 τοῦ αἰρέσεως σύμφρονος, καὶ ὑπερκεκριστοῦ μά-  
 λιστα προσποιομένου τούτου· κατὰ ἀντιπέλασον τῆς  
 ὀρθοδόξιας καὶ εὐσεβείας, ὡς ἐκ τούτου τοῦ τρόπου,  
 καὶ μητροπολίδια βέδηλα, καὶ μιανὰ ἐπισκοπίδια  
 πανταχοῦ εἰς τοὺς θεῖους τῆς ἀγίας μεγάλης Ἐκ-  
 κλησίας Κωνσταντινουπόλεως· προτρέψας, ὡς ὑπὸ  
 τῆς ἑαυτοῦ τάχα ἐνορίας ὑποκειμένους· ἔδειξαν  
 ὅπως ὁ εἰρημένως πανιερώτατος μητροπολίτης κύ-  
 ριο· Ἀρτένιος τῆς ἀγιωτάτης μητροπόλεως· μεγάλης  
 Καισαρείας Καππαδοκίας πρωτόθρονός τε καὶ ἔξαρχ-  
 ος πάσης Ἀνατολῆς, ὡς οὐ μόνον πρὸς τὰς ἄλλας  
 ἐκκλησίας ὁ μητροφόνος πατριάρχης τὰς παραινί-  
 μους χειροτονίας προτρέψας Λατινοφρόνους, ἀλλ' ἤ-  
 δῃ καὶ πρὸς τὰς τῆς ἐπαρίας τῆς Ἀνατολῆς πάσης  
 τέσσαρα ὁ ἀχειροτονήτους χειροτόνησε μητροπολί-  
 δια, καὶ ἐπισκοπίδια, πρὸς τὴν Ἀμύσειαν δηλονό-  
 τι, Νεοκαισαρείαν τε, Τύαναν, καὶ Μακησσὸν τὰ  
 τῶν Λατίνων πάντα φρονοῦντα, καὶ πράττοντα. Ἡ  
 καὶ οὐ μόνον ἐνταῦθεν τὴν ἑαυτῶν ἀνεχόμενα φθο-  
 ρὰν καὶ ἀπώλειαν, ἀλλὰ γε μετὰ τὴν τοσαύτην τολ-  
 μαν, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην ἅπαντας  
 ἔκεισε Χριστιανούς· οὕτως ἀπαύοντα, καὶ διαφθεί-  
 ροντα, καὶ πολλὰ τῇ ὀρθοδόξῳ Ἐκκλησίᾳ σκάνδαλα  
 προσένοῦντα. Διὰ τοῦτο ὁ εὐσεβὴς καὶ πιστότατος  
 καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πάσης ὑπερμύχιός τε καὶ ζῆλω-  
 τῆς οὗτος ὁ εἰρημένως· μητροπολίτης Καισαρείας  
 Καππαδοκίας μὴ ἀνεχόμενος τὴν τῆς Ἐκκλησίας  
 Χριστοῦ καινοτομίαν καὶ λύμην τῶν ἑτεροδόξων  
 πρὸς τὴν ὀρθοτάτην καὶ ὑγιεινοῦσαν ἡμῶν πίστιν,  
 ἠξίωσε συνοδικῶν λαβεῖν γνώμην παρ' ἡμῶν τῶν  
 τριῶν ὀρθοδόξων ἀρχιερέων τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ, τοῦ  
 τε δηλοῦσι Φιλοθέου Ἀλεξανδρείας, Δωροθέου Ἀν-  
 τιοχείας, καὶ Ἰωακείμ Ἱεροσολύμων, ὅπως ἀποσο-  
 βήσῃ τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονούντας ἐκ πάσης τῆς ἐπαρ-  
 χίας αὐτοῦ, καὶ ὡς, ὅτι πρωτογενέστερος οὗτος καὶ  
 ὀρθόδοξος. Ἐνθεν τε καὶ ὀρίζομεν ἡμεῖς συνοδικῶς  
 ὁμοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ὁμοουσίου ἑσαρχικῆς τε  
 καὶ ἀδιαιρέτου ἀγίας Τριάδος, τοὺς μὴ δι' ἀρετῆν καὶ  
 εὐσεβείαν χειροτονηθείας μητροπολίτας τε καὶ  
 ἐπισκόπους πανταχοῦ, καὶ προσέτι ἡγουμένους  
 ὁμοῦ καὶ πνευματικούς τάχα, ὡσαύτως τε ἱερεῖς  
 καὶ διακόνους, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἀπλώ-  
 ψήφου, ἄλλως βενηλοῦς βίτας, καὶ ἀναξίους, τὸν  
 οὐ τῆς αἰρέσεως καὶ διωγμοῦ τῆς ὀρθοδοξίας δρα-  
 ξιμένους καιρῶν, καὶ ὁραμόντα, ἀναξίως, κενόδο-  
 ξίας μόνης καὶ αἰρέσεως τρόπῳ πρὸς ἐπισκοπὰς τε  
 καὶ μητροπόλεις, ὡς δέθεν τάχα σωτήρας ψυχῶν,  
 ἵνα σὺν αὐτοῖς ἄλλως φθειρωσι καὶ τῷ του Χριστοῦ  
 τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀπὸν ὀρθόδοξον ποιμνιον,  
 μτ' ὁ ὡς ῥέβου Θεοῦ, καὶ οὐκαιροῦ τῆς καὶ εὐσεβείας

κακημένους καρπῶν, ἀλλὰ καταφρονητῆς, καὶ ἀναι-  
 δεῖς· ὅντας πρὸς εὐσεβείαν πᾶσαν, τουτέστιν ὀρίζο-  
 μεν ἀπὸ τῆς σήμερον ἀρχῆς καὶ ἀνιέρους· εἶναι  
 πάσης ἱεροπραξίας καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστά-  
 σεως, ἄχριστος ἂν ἐξετασθῆ ἡ εὐσεβεία ροινοῦς τε καὶ  
 οἰκουμηνικῶς. Οὕτω μὲν οὖν καταπεσθέντες ἔστω-  
 σαν ἄρχοι καὶ ἀνιέροι. Ἀναιρόντες δὲ καὶ ἀνιθι-  
 στάμενοι ληστρικῶς τε καὶ παρανόμως ἔστωσαν  
 ἀφωρισμένοι, καὶ ἠλλωτριωμένοι τῆς ἀγίας καὶ  
 ὑπερρυσίου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ὡς ἀπειθεῖς καὶ  
 ἀντίλογοι. Ὀσχύτως δὲ καὶ οἱ τοῦτοις δεχόμενοι,  
 καὶ συναινούντες· ἐν τοῖς τοιοῦτοις, καὶ ὑπερασπι-  
 ζόντες. Ἀπακαθιστώμεν δ' ὅπως κήρυκα τῆς εὐσε-  
 βείας καὶ ὀρθοδοξίας τὸν ἀνωθεν εἰρημένον πανιε-  
 ρώτατον μητροπολίτην, τὸν καὶ ὑπέροτιμον, καὶ ἔξα-  
 ρχον πάσης Ἀνατολῆς, κηρύξει πανταχοῦ τὴν εὐσε-  
 βείαν, μὴ αἰδοῦμενον πρὸς ἀλήθειαν πρόσωπον  
 βυζιλέως, ἢ πατριάρχου τοῦ μὴ ὀρθῶς φρονούντος,  
 καὶ πράττοντος, μηδὲ πλουσίου, καὶ ἄρχοντος ἀν-  
 θρώπου· ἀλλὰ παρβήσῃ τὴν πίστιν καὶ ὀρθοδόξίαν  
 κατέχοντα ἀρβῶως καὶ ἀδιστακτικῶς, κατὰ τὴν ἐντο-  
 λην, ἔχειν αὐτὴν ἀδειαν ἀπὸ τοῦ νῦν ἔνεκεν εὐσε-  
 βείας ἐλέγξει, ἐπιτιμῆσαι, καὶ διορθῶσαι τοὺς μὴ  
 ὀρθῶς φρονούντας· ἐν παντὶ τόπῳ, ἐφ' ὅσον ἂν  
 ἰσχύη δεῦναι, παρ' ἡμῶν αὐτῶν εὐληφῶτα τὴν συγ-  
 γνώμην διὰ τῆς δοθείσης ἡμῖν χάριτος· καὶ δυνα-  
 μως τοῦ ἀγίου Πνεύματος, ὅς· καὶ ὀφείλει κατὰ  
 τοῦτων τηρῆσαι ἀσωροκῆτως τε καὶ ὀρθῶς, τὴν  
 εὐσεβείαν. Οὐ ἔνεκεν ἐπεδύθη αὐτῷ καὶ ἡ ἔγγρα-  
 φος ἡμῶν γνώμην συνοδικῶς ἀπογραφείσα ἰδιοχέρως  
 ἐν μηνὶ Ἀπριλίῳ τοῦ 528· ἔτους τῆς νῦν τρεχούσης  
 Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, καὶ ἀπὸ Χριστοῦ ἔτει, αὐμγ'·  
*Patriarcharum Syriae. Cum venerit huc per omnia  
 sanctissimus metropolita sanctissimae metropolis Cae-  
 sareae Cappadociae, qui protothronus est, exarchusque  
 totius Orientis, tum ut apprime venerandum divi-  
 numque Domini nostri Jesu Christi sepulcrum adora-  
 ret, sacraque quae Hierosolymis sunt loca, in quibus  
 maxime admiranda Christi dispensationis mysteria  
 ὁ νοῦς, ἐπὶν μετὰ τῆς ψυχῆς ἐνωθῇ, ἀρῆτον ἡδο-  
 νὴν καὶ εὐφροσύνην ἐμπίπτεται. Τοίνυν, ἀδελφε,  
 συνέντισον τὸν νοῦν, τοῦ μὴ ταχέως ἐκείθεν ἐξέρχε-  
 σθαι. Πάνυ γὰρ ἐν ταῖς ἀρχαῖς καταβράθυμει ἐκ τῆς  
 τῶν ἔνδον συγκλίσεως καὶ στενώσεως. Ἐπὶν δὲ συν-  
 τήσῃ, γένηται, οὐκέτι στέργει ταῖς ἐξω περιφοραῖς.  
 Ἢ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστίν·  
 ἦν ἐκεῖσε περισκοπῶν, καὶ διὰ καθαρὰς προσευχῆς  
 ταύτην ἐπιζητῶν, τὰ ἐξω πάντα στυγητὰ ἡγείται  
 καὶ μισητὰ. Εἰ μὲν οὖν ἐκ πρώτης, ὡς εἴρηται, διὰ  
 νόδς εἰσέλθῃς εἰς τὸν καρδιακὸν τόπον, ὃν σοὶ ὑπ-  
 ἔδειξα, χάρις τῷ Θεῷ· καὶ δόξασον, καὶ σκίρτισον,  
 καὶ ἔχου ταύτης τῆς ἐργασίας διαπαντός· καὶ αὕτη  
 μέλλει διδάξαι σε, ὅ οὐκ ἐπίστασαι. Χρὴ δὲ σε καὶ  
 τοῦτο μαθεῖν, ὡς ἐκεῖσε τοῦ νόδς σου τυγχάνοντας, οὐ  
 σιωπᾶν καὶ ἀργὸς ἔκτοτε ἴστασθαι· ἀλλὰ τὸ, Κύριε Ἰη-  
 σοῦ Χριστέ, γιὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με, ἔχειν ἔργον  
 καὶ μελέτην ἀπαστον· καὶ οὐδέποτε ἐκ τούτου ποτὲ  
 παύσεται. Τοῦτο γὰρ ἀμετεώριστον συνέχον τὸν νοῦν,  
 ἀχέριπτων δεικνύει αὐτὸν καὶ ἀβαστον ταῖς προσβο-

ta possessionem rei a divina sint nacti bonitate. At rari eventus legem ac consuetudinem non faciunt. Quare decus istud affectanti ante omnia quaerendus est dux viæ peritissimus, cujus certa informatione per varios qui spiritualem prosoces viam terentibus nobis a dextris et a sinistris occurrent anfractus ac periculosa diverticula, vitare incedendo recta possimus. Hæc diverticula sunt excessus et defectus a diabolo tironibus suggesti, ut aut plus aggredientes quam possant, aut minus agentes quam debent, utrovis modo a rectitudine aberrant. Istas ejus artes hostis callidi nos experientia didicimus, ex iis quæ passi a tentatore sumus, docemus alios ut eos præmuniamus adversus ægre alioqui vitabiles illius laqueos. Tali qui obtemperat ductori, extra omne periculum dubii ancipitem istam et insidiis infestam multis tuto percurreret viam. Qui autem duce caret, omni eum diligentia quaerat. Quod si omnia conatus non invenit, Deum invocet in contritione spiritus et lacrymis. Hæc si cum vera expropriatione ac rerum affectuumque cunctorum abdicatione conjungantur, exorabunt, crede mihi, impetrabuntque quod mox dicam. Sit prior vita tua tranquilla, curis vanis vacua, et cum omnibus pacifica. Deinde ingressus cubiculum tuum, claude ostium super te, et sedens in quodam angulo fac, quæ suggero tibi.

Nosti spiritum quem ducimus Hic aer est. Exspi-

ramus autem ipsum non aliam ob causam, nisi ut cordi consulamus. Cor enim est vitæ fons, et caloris corporci. Oportet autem, ut vita constet, invicem temperare caloris ardorem admistione frigoris : in eum usum aer nimium jam in corde calefactus, emittitur et alius aforis introducitur frigidus, ut qualitates se mutuo frangentes, in qualem vita exigit temperiem concilientur. Minister hujus negotii pulmo est, raræ Ideo texturæ factus a Creatore. Is instar follis indesinenter intro pellit, et foras extrahit corpus tenue circumstans. Hujus beneficio cor, hinc quidem aërem frigidum respiratione attrahens ; inde autem jam intra se ferventem reciproca inspiratione repellens, statim sibi connaturalis necessariam ad animalis durationem perseverantiam, sine ulla officii ad quod factum institutumque a providentissimo Conditor fuit, transgressione custodit. Tu ergo, ut dictum est, animo composito, collectaque tua mente in solertem indagationem viæ per quam spiritus divinus in cor tuum illabitur, age quidquid arte omni et contentione vales, quo illum istuc introducas. Præmium hujus operæ magnum est, quod ejus hospitiis a lventum ingenti tuo fructu senties. Ingresso enim ipso in cor tuum, tripudiis ibi et gratulationibus cuncta exsultabunt, quemadmodum quando illustris vir e longa peregrinatione, domum revertitur, gaudio fruitur inenarrabili, complexu filiorum et uxoris ex tanto intervallo revisorum sospitum : sic et mens, quando adducta ad se

λαί; τοῦ ἐχθροῦ, καὶ εἰς ἀγάπην καὶ πόθον θεῖον τὸ καθ' ἡμέραν ἀνάγει. Εἰ δὲ πολλὰ καμῶν, ὦ ἀδελφὲ, οὐ δύνασαι εἰσελθεῖν εἰς τὰ μέρη τῆς καρδίας, καθὼς σοι διαταξάμεθα, ποιήσον ὃ λέγω σοι· καὶ μέλλεις, Θεοῦ συνεργοῦντός σοι, εὐρεῖν τὸ ζητούμενον. Οἶδας, ὅτι τὸ λογιστικὸν παντὸς ἀνθρώπου ἐν τῷ στήθει ἐστίν. Ἐντὸς γὰρ τοῦ στήθους, σιωπῶντων ἡμῶν τῶν χειλέων, ἐκείσε λαλοῦμεν, καὶ βουλευόμεθα, καὶ εὐχὰς κατατάττομεν, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ἄλλα τινά. Τούτῳ οὖν τῷ λογιστικῷ, πάντα λογισμῶν ἐξ αὐτοῦ περιάρας (δύνασαι γὰρ, ἐὰν θέλῃς), ὁδὸς αὐτῷ τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με· καὶ

βίβασαι τοῦτο ἀντ' ἄλλης; ἐννοίας πάντοτε ἔνδον βροῦν. Τοῦτο δὲ ἐπὶ καιρὸν κρατήσας, ἀνοιχθήσεται σοι διὰ τοῦτο καὶ ἡ καρδιακὴ εἰσοδος, καθὼς σοι γεγράψαμεν, ἐκτὸς πάσης ἀμφιβολίας· καθὼς καὶ ἡμεῖς πείρα ἐγνώκαμεν. Ἐλευσεται δέ σοι, σὺν τῇ πολυπολίτῃ καὶ τερπνῇ προσοχῇ, καὶ πᾶς ὁ πῶν ἀρετῶν χορὸς, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν πάντα σου τὰ αἰτήματα κομιεῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἀγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

anima foedus firmum cum ipsa iniiit, ineffabilem voluptatem et lætitiā percipit.

Igitur, oro te, frater mi, assuesce mentem tuam ad perseverandum in isto tam utili recessu; nec quantavis conditione acquiescendo in recessum inde. Novitatis periculum fac vincas impetu generoso animi. Ubi primas desidiæ ac lædii, de conclusione intra quasdam istas angustias, tentationes heroica virtute superaveris: prona deinceps plauque se omnia præbebunt. Assuetudo succedet lævigans omnia; nec ullum te desiderium capiet vanarum in exteriora evagationum, cum utique regnum caelorum intra nos sit. Quod in illo statu, positum in sinu tuo undique intuens, et ut proprium id perpetuumque tibi sit, pura oratione postulans, exterius avocantia cuncta, abominanda et odio digni summo reputabis. Vide solum ut e primo, prout dictum est, ingressu penetrare ac subire contendas intra inum ac secretissimum cordis tui fundum: quem tibi, Deo mihi gratificante, monstravi. Exsulta deinceps tibi gratulans et Deum laudans, in eaque exercitatione constanter perdura. Hec enim te docebit cætera quæ nondum nosti. Oportet autem te et hoc insuper nosse: haud convenire te, mente in eum quem dixi gradum evecta, silere deinceps ac desilere otiosum et elinguem. Exclamare decet in hæc verba: «Domine Jesu Christe Fili Dei, miserere mei.» Idque tanquam opus demandatum, continue, usu nunquam intermisso, perge facere, nec desiste quavis causa. Sic enim inflexe Deo affixam habens et præ te ferens

mentem, omnem de te victoriæ spem tuæ salutis hostibus auferes: efficiesque ut de cætero temperantibus iis a te lacessendo, intacta quietaque ab horum assultibus anima tua felici fruatur pace. Quod si, multo id aggressus conatu, frater mi, nequiveris pertingere (ut ubi præcepimus) in intimos tui cordis sinus; fac quod nunc dico tibi, et Deo adjuvante, per id, quod quæris invenies. Seis rationalem omnis hominis partem in pectore residere. Intra pectus enim, silentibus labiis, loquimur, et consultamus, et precor ordinamus et psalmos, et cætera quæpiam ejus generis. Ei ergo animæ parti quæ talia operanti præest pectori, reliquas prorsus cogitandi argumentis abstractis (potēs enim id si velis) unam hanc operandi præscribe materiam; injungens ut semper dicat: «Domine Jesu Christe, Fili Dei, miserere mei.» Compelleque ac coge ut, omni alia specie rejecta, solam hanc spectet imaginem, continue quod dixi clamans.

Hoc si viceris, aperietur tibi cordis introitus, quo in inum ejus, fructu tuo maximo descendas. Hos nos experientia didicimus: et scientes suademus. Ingredditur autem in te simul cum ista desiderabilissima et jucunda «prosoche», universus virtutum chorus: charitas, gaudium, pax, et quæ sequuntur, per quas omnium tuarum petitionum eventum habebis, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul et sancto Spiritui, gloria, potestas, honor et adoratio sit, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

## MAXIMUS PLANUDES

CPOLITANUS MONACHUS

## NOTITIA

(Fabric. Bibliotheca Græca ed. Harles., t. XI, p. 682.)

Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, inter eruditissimos suæ ætatis, apud Andronicum Palæologum seniore[m] gratosus, ab eodem ad Venetos a. 1527 ablegatus est cum Leone Orphanotropho, ut ex Pachymeris libro IX Histor. Allatius, *De consensu*, pag. 841, adnotavit. Visit adhuc a. 1555 (a). Scripta ejus hæc mihi innotuere :

*Versa in Græcam linguam.*

1. *Ciceronis Somnium Scipionis*. Vide Lambecium V, pag. 155, necnon *Macrobi* in idem somnium *Commentaria*. Ms. in bibl. regis Christianissimi, in Segueriana sive Coislinaiana. Labbe, p. 280, *Bibl. novæ Mss.*, et Montfaucon. p. 520, *Bibl. Coislinaianæ*. (Fabr.) In cod. nempe Coisl. lin. 355, *Somnium Scipionis*, a Cicerone scriptum, explanatum a Macrobio Ambrosio, Gr. versum a Max. Planude; inc. Ἦντα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην sequitur Macrobi Ambrosii Explanatio in Somnium Scipionis, Græce versa a Max. Planude; inc. Μεταξὺ τῆν τοῦ Εὐλάτωνος καὶ Κικέρωνος. — Paris. in bibl. publ. sex codd. V. Indic. ad vol. II Catal. mss. bibl. publ. — Florent. in bibl. Laurent., cod. 53, n. 5, plut. 57, Cicero. *Somnium Scipionis*, a Planude Gr. versum; V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 587; ibique, n. 44, exstat *Cic. de memoria artificiali*, Gr. interprete forsitan Maximo Planude, uti suspicatur Bandin., l. cit. — Ibid. in cod. 14, n. 1, plut. 80, Planudis versio Gr. Macrobi comment. in idem Somnium. V. Bandin., libro cit., tom. III, p. 213, sq. — Venetiis in bibl. Marc. cod. 508. Ciceronis *Somnium Scipionis* cum Expositione Macrobi; omnia cum versione Græca Max. Planudis. V. Catal. codd. Gr. Marc. p. 275. — Fragmentum s. pars tertii et quarti cap. Macrobi comment. in Somnium Scipionis, a Planude Gr. versi Vindob. in cod. Cæs. 87, n. 18, uti pluribus docuit Kollar. in Supplement. ad Lambecii comment. tom. I, p. 559 sqq. — Ibid. in cod. 53, sunt excerpta quedam ex Planudis operibus philosophicis, non magni momenti, judice Kollaro ad Lambec. VII, p. 156. (Harl.)

2. *Cæsaris commentarii de bello Gallico*. Hæc versio primum edita est a. 1606, ex codice Pauli Petavii, a Godofredo Ingermano. De ea illustris Ilucius libro de claris Interpretibus, p. 219: *Dubito equidem Cæsare an Planudæ, an alteri ejusdem ævi cuipiam Commentariorum de bello Gallico conversione in Græcam, quæ in Petaviana Bibl. habetur, ascribam. Cæsarem illa nonnunquam ducem deserit, et breves tenet excursus, raro tamen et verecunde; cæterum non impura ea, nec invenusta. David Hoeschelius epistola ad Ingermanum, 4 cal. April. a. 1606, Interpretationem Planudis potius, qui et Ovidiana vertit quædam non infeliciter, quam Cæsæ crediderim quod e phrasium similitudine facile conjecerim. Petrus Scriværius litteris ad eumdem Ingermanum: Belli Gallici interpretes ille Græcus non est quidem contemnendus, sed tamen haud ita magno litterarum emolumento legitur, ut absque ullo studiosorum fraude poterit obliterari, quisquis est.*

(a) De Maximo Planude confer Vossium, *De poetis Græcis*, cap. 9, pag. 80 sq., et *Descient. mathem.*, cap. 9, pag. 311; Montfaucon. in *Palæogr. Græca*, pag. 58, qui ait Planudem sub initium sæculi decimi quarti floruisse, notatque Possevin. affirmantem, eum sæculo xv scripsisse. — A. C. 1502, manu sua scriptam esse CPoli in monasterio cognomento τοῦ Ἀκαταλείπτος metapurasin Evangelii S. Joannis, in cod. bibl. Marc. Venet. 481, ipse profiteatur in fine. V. Cat. codd. gr. Marc. p. 255. — Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. III, pag. 760 sqq., ad a. 1520, ubi multos codd. mss. in quibus Planudæ opera asservantur, enumerat: — Henr. Wharton, in append. ad Cavei *Hist. litter. SS. eccl.* tom. II, pag. 58, ad a. 1540. — Humber-

ger in *Zuverlässigen Nachricht.*, part. IV, p. 566 sqq.; Saxium in *Onomast. lit.*, part. II, p. 554 sqq. ad a. 1527, qui profiteatur, quando Planudis naturæ debitum persolverit, sibi non constare, et, si Dorville in *Obs. miscell.* vol. II, tom. III, pag. 429, scribit, *Maximam Planudem ab omnibus obisse tradi 1555*, locupletem sane ejus famæ auctoritatem requirit, notatque Jo. Jac. Reiskium, in præfat. ad Anthol. Gr., p. xvii, arbitrantem Planudem sæculi xiii hominem esse; Stræckm. in *Hist. Christ. eccl.*, tom. III, pag. 500. Adde, si lubet, quæ scripsi in *Introd. in histor. L. G.*, tom. II, part. I, p. 550 sqq., et in supplement. tom. II, p. 60. HARL.

3. *Ovidii Metamorphoseon libri* Græca prosa redditi, cujus met phraseos meminit Volaterranus libro xvii Commentar. urbanor. Loca quædam ex illa produxit Nicolaus Heinsius notis ad Ovidium. Etiam *Heroides* Ovidii Græce versas a Planude, memorat post Simlerum Huetius de claris interpretibus (*Fabr.*) p. 217 sq. ed. Stadae 1680, 8, ubi agit de Max. Planudis versionibus Græcis. — *Metamorphoseon* versio Romæ in bibl. Vaticana, et Venet. in bibl. Marci. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 12 et 476. — *Epistolarum ac Metamorphos.* versio, Romæ in ead. bibl. ibid. p. 34, ibid. p. 501. In bibl. Ambros. Mediolani, sunt plura Max. Planudis opp. nempe de constructione verborum, bis; — de metris; *Metamorphos.* Ovidii; — de indissolubilibus contradictionibus; de pedibus oratorum; — dialogi; — epistolæ; — anthologia epigrammatum et Catonis sententiæ; ac p. 502 in ead. bibliotheca Ovidii *Metamorphoses* et *Heroides*, in Græcum a Max. Planude translatae, cum scholiis, bis. — Ibid. p. 622 in bibl. Escorial. regis Hispan. Ovidii *Epistolæ*, per Planudem Gr. versæ. — Ibid. p. 632, in bibl. regis Angliæ, Ovidii *Metamorph.* a Planude Græce conversæ. — Paris. in bibl. publ. cod. 2849, Ovidii *Metam.* libri octo priores, e lingua Lat. in Græcam conversi a Max. Planude; et in cod. 848, eorundem librorum quindecim priorum, atque *Heroid.* Ovidii n etaphrasis, auctore Max. Planude. (*Harl.*)

4. *Catonis Disticha moralia* Græcis expressa versibus, de quibus in bibl. Latina lib. iv. cap. 1, § 8 (e). Adnotationes Græcæ marginales et interlineares, quæ mss. sunt in bibl. Cæsarea, Lambec. V, p. 215, non viderunt lucem. (*Fabr.*) Lamb. V, p. 442 sqq. ed Kollar. n. 34, cod. 267. — In eod. vol. p. 617, n. 20, cod. 332. — In vol. VII, p. 535, in cod. 133, n. 27, cum adnotat. Græcis marginalibus atque interlinearibus. — Paris. in bibl. publ. undecim codd. (V. Ind. ad Cat. Mss. Paris. bibl. Reg. vol. II, sub voc. *Maximus Planudes.*) — Oxon. in cod. Barocc. 64. — Venetiis, in bibl. Marc. cod. 83, ff. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 60. — Floreat. in bibl. Laurent. cod. 12, n. 2. plut. 32; — cod. 7, n. 16, plut. 55; — cod. 23, n. 8, plut. 56, cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus; — cod. 44, n. 15, plut. 59; — cod. 16, n. 6, plut. 60, cum permultis glossis interlinearibus instar perpetuæ paragraphos et scholiis subjectis; — in cod. 13, n. 12, plut. 80; — in cod. 26, n. 1, plut. 80. cum uberem glossis interlinearibus; et in cod. 23, n. 2, plut. 81. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. II, p. 135, 259, 327, 575, 606; et vol. III, p. 203, 215 atque 236. — Leidæ, in bibl. publ. inter codd. Vossianos, in duobus codd. V. Catal. bibl. Leidens. p. 396, n. 23, ac p. 398, n. 52. — Mosquæ in cod. synod. 247, n. 2, cum scholiis in margine adjectis, et cod. 248, n. 1. Vid. Matthæi Notitiam cit. p. 160. — Romæ, in bibl. Vatic. inter codd. reginæ Sueciæ, n. 653. *Catonis Sententiæ*, et Boethius, *De consolatione philosophiæ*, a Planude Gr. versus, atque ejusdem Epitaphium, auctore quodam Gregorio; ibid. n. 651. *Diophanti Arithmetica*, in cujus calce quædam ex Maximo Planude adjunguntur. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 28 D. — Ibid. p. 393 *E Cato* Planudis, in cod. August. Vindel. LXV. (*Harl.*)

5. *Boethii De consolatione philosophiæ*, cujus Græca versione ms. in bibl. regis Christianissimi, usus in sua Boethii editione Renatus Vallinus. Ex ms. Cæsareo quædam producit Lambecius, VII, p. 145 sq. [p. 310 sqq. ed. Kollar.] Alius pulcherrimus codex Græco-Latinus, ann. 1478, a Petro Montaguana donatus monasterio S. Justinæ; exstat in bibl. Segueriana sive Coisliniana. Vide Montfaucinum, p. 149. In Cæsareo codice leguntur etiam prolegomena Græca et adnotationes marginales. (*Fabr.*) Paris. in bibl. publ. codd. *De consolatione philosophiæ*, cum scholiis, 1992, tum 2094, et tribus sequentibus, in quorum ultimo ad calcem epilogus, ubi de Boethio quædam minus obvia occurrere dicuntur, et 2571, n. 5. — Ibid. Boethius *De dialectica*, interprete Planude in cod. 2094, 2, ubi tamen una tantum pagina superest: acc. quoque scholia; — in cod. 2103, n. 2, et 2830, n. 6, cum scholiis, ad marginem conjectis. Conf. Montfauc. *Patræogr. Gr.* p. 83. — Mosquæ, in codd. synod. 247, n. 3, cum scholiis, et 313, n. 1, Planudæ Interpretatio libr. Boethii de consolatione philosophiæ; v. Matthæi not. cit. p. 160 et 205. — Eadem, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 B, C. Iidem Planudis dialogi *De grammatica*; *De syntaxi*, et opera plurima, Romæ, in bibl. Vaticana, — p. 494 A; *De consol. philos.* cum scholiis, a Planude Gr. versus, item de *Trinitate*, bis, Mediolani in bibl. Ambros. — In bibl. Escorial. v. Plueri liner. per Hispan., p. 160. Boethius etc. Latine, et cum Græca Planudis versione, atque commentariis Latinis, in cod. Coislin. 84. V. Montfauc. l. cit. p. 140. (*Harl.*)

6. *S. Augustini de Trinitate libri XV*, mss. in bibl. Cæsarea. Vide Lambec. IV, p. 159, 160 (f).

(e) P. 259, tom. III ed. Ernesti: ego autem in Breuiore notit. literaturæ Rom. pag. 698 sq. egi de edit. Catonis per Matthiam Garbicum (qui Planudis disticha e Catone correxit ac supplevit), Tubing. 1545, 8. — de edit. Antwerp. 1568. cum Planudis versione Gr. — de edit. Amstel. 1759, 8, cujus tomo II præmissa est Planudis metaphrasis Gr. cum castigat. Jos. Scaligeri; tum in Breuiore notitia in usu scholarum p. 208, de Catonis sententiis Gr. per Planud. in vol. inscripto: *Ἐπιπέδιον γραμματικῆς εἰσαγωγῆς* Florent. 1515 et 1516. (*Harl.*)

(f) Sive p. 356, ed. Kollar. cujus notam confertes, n. 1, cod. 161, et p. 360; in cod. 162. — *Monac.* in cod. Bavar. 53. V. plura apud cl. Hardt. in Aretini *Beyträgen*, etc., a. 1804, part. 1, p. 22. — Florent. in bibl. Dominicanorum S. Marti. V. Franc. Anton. *Zachariæ iter litterar. per Italiam*, Venet. 1762, 4, p. 54. — Paris. in bibl. publ. codd. 828, n. 1, et 829. — Romæ in bibl. Vaticana, adnota alia ejusdem operis, a Demetrio Lydone facta versio, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 12. (*Harl.*)

Etiam illa, ubi de processione Spiritus S. ex Patre Filioque tractatur, fideliter vertisse, notat Bessarion apud Alladium, *De consensu*, p. 842. Locum ex ea versione Græce editum Romæ a. 1650 notat Whartonus [ad Cavei *Hist. litter.* cit. II, p. 58]. Græce et Latine cum Jo. Leunclavii versione prodiit ad calcem Leontii *De sectis* Basil. 1578, p. 584-599, et in *Auctario bibl. Patrum Duceano*, Paris. 1624, tom. I.

7. Etiam libros Augustini *De civitate Dei* a Planude Græce versos tradit Gesnerus in *libl.* p. 569.

8. Volaterranus lib. xvii *Commentar. urbanor.* et ex eo Gesnerus ac Simlerus scribunt, *Macrobio Saturnalia* a Planude Græce versa esse; quod argere mihi persuadere, et commentarios in Somnium intelligendos esse suspicor. (*Fabr.*) In inscriptione cod. 34, n. 1, plut. 80. Florent. in *libl. Laurent.* Σχηματισμός θνατός, etc. *Scipionis somnium, conscriptum quidem a M. T. Cicerone, expositum vero a Macrobio Ambrosio, et in Græc. linguam translatum a sapientissimo inter monachos Maximo Planude.* V. Bandin. *Cat. codd. Gr. Laurent.* III, col. 213 sq. *Add. Lambec.* IV, p. 125 seq., et de *codd. Coisl.* aliisque supra, ad n. 1. (*Harl.*)

[*Thomæ Aquinatis* primæ partis Summæ quæstiones 49. Priores translatae per Maximum Planudem. Oxon. in *cod. Barocc.* 65, ad quem confector mss. Angliæ etc. vol. I, p. 7.— « Liber ipse, ait, ἀνεπίγραφος. Planudi tamen tribuitur in catalogo impresso; nescio, quo auctore. Nam Demetrium Cydonium vertisse librum Aquinatis, testatur Possevinus. » Florentiæ in *cod. Laurent.* 18, n. 4, plut. 4. Proœmium anonym. in versionem Gr. alicujus operis S. Thomæ Aquinatis, quod, Bandinius in *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 515, « forte est, inquit, Maximi Planudis, aut alterius Græci viri Latini infensi; illos enim in hoc Proœmio valde carpit. » Consulte Echaridum in *Historia scriptorum ordinis Prædicatorum*, tom. I, p. 346.— Simpliciter vero a Montfaucon. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 505 E., Mediolani in *cod. bibl. Ambros.* esse dicitur S. Thomæ Aquinatis Expositio orthodoxæ fidei, Græce, interprete Maximo Planude. (*Harl.*)]

9. *Donati grammatica parva*, mss. in *libl. Bodleiana* *cod. Barocc.* 71. (*Fabr.*)

[*Maximo Planudi a Montfaucon.* l. c. p. 645 C, tribuitur versio Gnomarum Platonis, Oxon. in *libl. Bodlei.* *cod. Barocc.* n. 124; sed nescio, an id culpa Montfaucon. aut alius vitiose scriptum sit; in *Cat.* quidem mss. Angliæ etc. vol. I, p. 27, in illo *cod. Barocc.* inesse traditur Maximi Planudis versio Gnomarum Catonis. Ita quoque erravit Oudin. l. c. col. 762, cum scriberet, in *cod. Norfolc.* 529 s. n. 5438 *Cat.* mss. Angliæ, etc. tom. II exstare *Disticha Platonis* per Planudem; nam in *Cat.* dicto p. 84 discrete rectiusque editum est, Catonis disticha per Planudem. (*Harl.*)]

#### Græce scripta.

Romanæ initio fidei fuisse Planudem (g) eamque ob rem ab imperatore CPol. multa passum, in custodiamque tandem conjectum et contra sentire coactum fuisse, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus refert Volaterranus.

10. *Capita* ejus tria de processione Spiritus S. cum Bessarionis et Georgii Metochitæ responsione, Græce et Latine edidit Petrus Arcudius in opusculis aureis, Rom. 1630, 1674, 4; Nesselius I, p. 22, etiam quartum Planudis caput commemorat, quod incipit: Ὅτι καὶ ἐν ἑπασι τοῖς οὖσι τῆ Γραῖα θεωρεῖται, et p. 345 : Λόγον περὶ πίστεως διῶνιν in capita XX. Incip. Βάσης ἀγαθῆς πράξεως. (*Fabr.*) Secundum Lambec. *Commentar.* IV, p. 559, ed. Kollar. 161, n. 4, *De processione Spirit.* sc. citi argumentationes tres contra Latinos: inc. Ερωτητέον, πόταρον ἢ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἐκπορεύσιν ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστίν et n. 6, argumentatio (quæ est quarta) contra Latinos *De process. Spirit.*

(g) Planudes vir elegantissimæ sapientiæ atque infinitæ eruditionis, quem sibi asserunt nequidquam Photiani, ut alibi (in testimonio Græciæ) ostendimus, æquandus sane cuilibet Latinorum sapientissimo, quippe mira felicitate et elegantia, difficillima quæque proponens et a dua dissolvens, infinitis operibus Græciam, imo litterariam remp. universam auxit. Hæc Nic. Comnenus p. 190 *Prænot. mystag.* — Raphaelis Volaterrani, libro xvii *Commentariorum urbanorum*, notabile quoddam non solum ipsius, sed et cardinalis Bessarionis testimonium de eodem Planude, simul et judicium, subnectimus: *Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, vir plane doctissimus, vehementisque ingenii, ab incæ annos ferme centum quinquaginta, Romanæ ab initio fidei favit, ob quam rem ab imperatore Constantinopolitano multa passus, in custodiam tandem conjectus, contra sentire coactus est, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus. Quas nostra ætate Bessarion cardinalis Nicanus perlegens mirari solebat, virum eæ ætis in scriptis excellentem, summumque philosophum, tam inruditis infirmosque edidisse syllogismos: haud ob aliam putabat causam, quam quod ea quæ metu perscripserit, animo improbuverit, refellendaque vel cæcis fac. le probent. Hujus plura exstant inquit*

monumenta. Nam Ovidii *Metamorphoseos* librum et *Macrobio* de *Saturnaliis*, in *Græcum sermonem converit, ambos prosa oratione. Problematum* Volumen composuit, *Rhetoricis* Commentarios super *Hermegenum scriptis*, *Epigrammata Veterum Græcorum resectis lascivioribus, in unum jam vulgo sparsum volu. ven coegit.* Hæc de Maximo Planude Raphael Volaterranus. Bessarion autem in *Responsione ad quatuor argumenta Maximi Planudis, de processione Spiritus sancti*, ita de illo loquitur: Οὐ γὰρ ἂν ἐγὼ σοῦ, ἀνδρῶν ἀρίστη καὶ σοφώτατε, καταγνοίην. οὕτω πάντων ἐξήσκημένου παιδείαν, οὕτω δὲ διαβέβηχτος ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ θεωρίᾳ, καὶ ὁ πάντων μὲν μαθημάτων ὀδύσαντος, εὐδοκίμησαντος, δὲ ἐν ἅπασι, πρὸς δὲ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Λατινῇ γλώσσῃ εἰς ἄκρον ἐξήσκημενος. Non enim de te, ut opinor atque sapientissime, male sentirem: qui tu omni disciplinarum exercitatione versatus es, ita autem per philosophiam et contemplationem pertransisti, per omnes quidem scientias incessisti, et in omnibus approbationem habuisti, tum ad Græcæ linguæ Latine quoque perfectissime adjungens. Quibus et adversa tibi Bessarionis verbis egregie simul Maximi Planudis eruditio concluditur. ΟΥΔΙΣ.

*sancti*. Init. Ὅτι καὶ ἐν ἑκαστῶν τῶν ὄσων ἡ Τριάς Θεοῦται. — Ibid. vol. V, p. 446, in cod. 269 n. 1, Ἀδ-  
 γος· περὶ πίστεως, sive liber contra Latinus *De process. Sp. sancti ex solo Patre*, in capp. viginti divisus,  
 et Lambec. appellat Leon. Allat. lib. II, *De Eccles. Occid. et Orient perpetua consensione*, cap. 17, § 4.—  
 Tres argumentationes, Venetiis in bibl. Marc. codd. 453 et 506. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 85 et 271.—  
 Florent. in bibl. Laurent. cod. 44, n. 6, plut. 10, *De process. Spir. sancti contra Latinos*, syllogismi quatuor  
 cum Bessarionis responsionibus. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 485.— Paris. in bibl. publ. codd.  
 828 n. 6, capita quatuor *de process. Sp. S.* cum Bessarionis et Demetrii Cydonii responsione, et cod. 1270,  
 n. 6, capita de eadem; et capitibus singulis subjunctæ sunt Bessarionis et Dem. Cydonii responsiones.  
 (Hart.)

11. *Sylloge canonum* adhuc inedita, quam eloquentissimam vocat Nic. Comnenus, p. 4; *Nomocanonem*  
 citat p. 363. Titulum περὶ χειροτονία; p. 70, 74, 190, 220, 274.

12. *Orationes II, de viribus precum*, ex quarum posteriore locum a Suario expressum, dissimulato no-  
 mine, notat id. p. 6.

13. *Orationem de veritate* laudat id. p. 343.

14. *Oratio in apostolorum principes Petrum et Paulum*, sub Gregorii Nysseni nomine edita Ingolstad.  
 1620, 4, a Gretsero, ab Allatio p. 87, *de Simeon*. et p. 294 et 295 *De consensu*, et a Lambecio IV, p. 57  
 [p. 119 sqq. Koll. n. 12, cod. 109.] et VIII, p. 70 sq. (h) Planudi vindicatur. Incipit: Ἐδόκει μοι λέγειν τι  
 περὶ τῶν ἀποστόλων.

15. *Oratio in sepulturam Christi et B. Virginis planctum funebrem*: Εἰς τὴν Θεόσωμον (i) ταφὴν καὶ εἰς  
 τὴν ἐπιτάφιον θρήνον, etc. Incipit: Ἄ μὲν ἂν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Græce prodiit Paris. 1557, apud  
 Andream Wechelium: Latine ex Joachimi Axonii Gravian. versione exstat in *Supplemento Bibl. Patrum*  
*Coloniensi*, ann. 1622, et Morelliano Paris. 1639, tom. I, p. 856, et in *Bibl. Patrum* edit. Lugd.  
 tom. XXVII. (Fabr.) Et Paris. 1644, fol. p. 836. V. ad n. 14. Eadem Paris. l. c. codd. 1187, n. 4;  
 1220, n. 10; 1248, n. 8; et 3010, n. 20. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 35, n. 24, plut. 59. V. Ban-  
 din. l. c. II, p. 366. (Hart.)

16. *Laudatio S. Diomedis martyris* citatur ab Allatio, p. 202, contra Hottingerum. (Fabr.) Ms. Paris.  
 in bibl. publ. cod. 1211, n. 5, et 1010, n. 22. — Mosquæ in cod. synod. 302, n. 80. V. Matthæi l. c.  
 p. 198. — Lambec. IV, p. 124. — Florent. in cod. Laurent. 22, n. 4, plut. 56. V. Bandin. l. c. II,  
 p. 327. (Hart.)

(h) In bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, co-  
 dice ms. theologico Græco 109, num. 12, ut ha-  
 bet Lambecius libro IV Commentariorum hujus  
 bibliothecæ pag. 54, exstat et quidem a fol. 158,  
 pag. 1, usque ad fol. 170 pag. ultima, Maximi Pla-  
 nudis oratio ἀκέφαλος sive mutila principio in *sanctos*  
*apostolos Petrum et Paulum*, quæ ibi nunc in-  
 cipit his verbis, Καλῶς πάντα; εὐφύχως ἔφερον, etc.  
 Hanc autem orationem ita mutilam sub S. Grego-  
 ri Nysseni nomine, ex hoc codice ms. Cæsareo  
 separatim in lucem edidit Jacobus Gretserus 1620  
 Ingolstadt, Græce et Latine, typis Ederianis, in-8;  
 inque in Præfatione ad lectorem, ubi judicium  
 suum de eadem oratione indicat, hujus ms. codicis  
 Cæsarei unde orationem hanc eduxit, expresse at-  
 que etiam nominatim mentionem facit. Licet autem  
 ex manuscript. codicis hujus fide ac titulo istam  
 orationem S. Gregorio Nysseno inscripserit, fateatur  
 tamen stylam illius a stylo S. Gregorii Nysseni dis-  
 crepare non meo iocriter. Sic revera S. Gregorius  
 Nyssenus non est auctor hujus orationis, sed *Maxi-  
 mus monachus Constantinopolitanus cognomine Pla-  
 nudis*, qui integris circiter 958 annis S. Gregorio  
 Nysseno junior est. Omit enim S. Gregorius Ny-  
 ssenus anno 596 vel 596. Maximus autem Planudis  
 circa annum Christi 1350 floruit, ut non solum ex  
 ipsius *Epistolis*, quæ in bibliotheca Cæsarea Vien-  
 nensi mss. exstant, verum etiam ex antio Rapnachs  
 Volaterram testimonio, quod antea exhibitum est,  
 lucenter videre licet. Eadem autem oratio in *sanctos*  
*apostolos Petrum et Paulum* quam Gretserus  
 suo nomine sancti Gregorii Nysseni mutilam edidit,  
 his jam a Lambecio integra reperta est sub no-  
 mine Maximi Planudis, in duobus mss. co-  
 dicibus Græcis bibliothecæ Cæsareæ, quorum unus  
 ordine X inter mss. codices historicos Græcos,  
 alter autem inter codices mss. philologicos Græcos  
 locum obtinet. In priori horum duorum codicum  
 exstant præter Nicephori Gregoræ et Gregorii Cy-

prii patriarchæ Constantinopolitani varias oratio-  
 nes panegyricas, etiam orationes duæ Maximi Pla-  
 nudis: altera num. 4, altera num. 5, quarum pri-  
 ma inscribitur, *In sepulturam Christi et deatissimo*  
*Virginis Deiparæ planctum funebrem*, atque incipit  
 his verbis: Μαξίμου μοναχου του Πλανουδη εἰς τὴν  
 Θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,  
 καὶ εἰς τὴν ἐπιτάφιον θρήνον τῆς Θεοτοκου. Ἄ μὲν  
 ἂν τις εἰκάσῃ τεκμήριον τὴν προῦσαν ἔχων κατα-  
 στασιν, etc. Memini hujus etiam orationis Leo Al-  
 latus in *Diatriba De Symeonum scriptis*, pag. 82.  
 Secunda autem *In sanctos apostolos Petrum et Pau-  
 lum* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνό-  
 ζους, πανευφύχους καὶ κορυφαίους τῶν ἀποστόλων  
 τοῦ Χριστοῦ Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν  
 τι περὶ τῶν ἀποστόλων προθυμουμένων, μηδὲν εἶ-  
 ναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, μηδὲ χαλεπὸν ἐγγει-  
 ρῆσαι, etc. Hæc nempe est illa ipsa oratio quam  
 Gretserus sub S. Gregorii Nysseni nomine mutila  
 edidit, his verbis incipientem: Καὶ ὡς πάντα;  
 εὐφύχως ἔφερον, etc. Ante hæc enim verba, integra  
 tredecim folia in 4 desunt, minutis litteris compres-  
 se scripta. Eodem modo eadem oratio suppleri po-  
 test etiam ex altero illo codice ms. Cæsareo, qui  
 inter codices mss. philologicos et philologicos Græcos  
 sexagesimus primus olim fuit. In eo enim præter  
 Maximi Planudis *epistolas centum viginti duas*,  
*Comparationem veris et hemis* et *Orationem in sanc-  
 tum martyrem Diomedem* exstat quoque ejusdem  
 Planudis supra dicta *Oratio in sanctos apostolos*  
*Petrum et Paulum* quæ inscribitur ibi atque incipit  
 hoc modo: τοῦ σωφωτάτου κυρίου Μαξίμου τοῦ  
 Πλανουδη ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνόζους καὶ  
 πανευφύχους κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρον  
 καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀπο-  
 στόλων προθυμουμένων, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ  
 πρᾶγμα, etc. Eadem exstat inter mss. codices Vo-  
 laterræ Bibliothecæ codicis 44, num. 3, p. 304. Ouidi-

(i) La rage pro Θεόσωμον, in Casauboniano, p. 594

17. *Vita Arsenii patriarchæ CPol.* a Nic. Comneno, pag. 74.

18. *Tria epigrammata historica in templum S. Andreae confessoris imaginum* a Theodora Augusta instauratum, quæ Græce edidit Cangius ad Zonaram, p. 35 seq., et emendavit J. Boivinus notis ad Nicephorum Gregoram, p. 854. De templo illo idem Cangius, lib. iv *CPolis Christianæ*, p. 112.

19. *Aliud in templum SS. Marciani et Martyrii.* Cangius ad Zonaram, pag. 44. (Fabr.) Versus varii et precatiuucula, Paris. in bibl. publ. cod. 1211, n. 6. — Monac. in cod. Bavar. 49. Versus, hymnum habentes secundi adventus: In Christum; in supplicium, et in omnes SS.; tum versus 21, in humanum quemdam nobilem elegiaci; dein versus in crucem, quam tulit, et in reflexionem atque in S. Mariam; porro versus heroico-elegiaci in portam monasterii; alii versus; denique versus sex in Annuntiationem angelicam, totidem in Resurrectionem et quatuor in S. Constantinum. Plurima illa brevia carmina Gr. edidit cel. Hardt. in *Aretini Beyträge*, etc. a. 1803, part. vi, p. 38, 45 seq. — Matriti in cod. regio 72, Laus Ptolemæi geographi, versus heroici 47, quos et seq. tristichon hexam. in eumd. Gr. publicavit Iriart. in Cat. codd. Græc. Matrit. p. 265, ibid. carm. in nobilem, etc. Florentiæ in cod. Laurent. 7, n. 13, plut. 55. Sententiæ et epigrammata externorum sapientum, ex iis quæ collecta sunt a Max. Planude, cum scholiis et glossis interlinear. de quo multus est Bandin. l. c. II, p. 256. — Ibid. p. 368 seq. Epigrammata duo moralia, n. 7, cod. 24, plut. 57; — n. 14, Tetrastichon elegiacum in novercam; — n. 15, Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, versibus heroicis 20 conscripta, — n. 16 et 17, ejusd. forte Planudis duo Epigrammata iambica anepigrapha, alterum versus 12, alterum versus 13. — Versus heroici in Geographiam Ptolemæi, in cod. Coislin. 355. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 520, idem et alii in cod. Monac. Bavar. C. V. Hardt l. c. a. 1804, part. 6, p. 29, ubi adnotat, illos versus falso attribui Manuelli Moschopulo, et Gr. prodisse in Iriart. Cat. (l. c.), tres autem ultimos etiam in ed. Basiteensi. (Harl.)

20. *Enarratio de Dominicis thematibus Hierosolymis.* Meminit Gesnerus in bibl.

21. *Epistolæ 122 mss.* in bibl. Cæsarea, una cum ejus homiliis supra memoratis in Petrum et Paulum apostolos, martyremque Diomedem. Vide Lambecium IV, p. 56; Nesselium IV, p. 138. (Fabr.) Laubec. IV, p. 122, 124, ed. Kollar. ubi cod. quemdam, qui in bibl. Vindob. custoditur, laudat, et in nota: « Prima, inquit, illarum centum viginti duarum Epistolarum scripta est ad imp. Joannem Palæologum, imp. Andronici Junioris filium, qui cœpit imperare ann. 1347, et ann. 1384 obiit; secunda autem ad Manuelem, fratrem memorati Joannis natu minorem. » — Id. in vol. VII, p. 524, n. 3, cod. 123, in quo exstat Planudis Epistola, cujus principium est: Ἐφήμην ποτὲ καταδύσασθαις. (V. n. 35) — Eleuchum s. Indicem Epistolarum Planudis, centum et viginti, uti in codice Cæsareo exhibetur, Dorville in *Miscellan.* observat. in auctores, etc., vol. II. tom. III, Amstel. 1753, 8, p. 448 seq. edidit, et p. 446 seq. ex illo cod. epistolam quintam et octogesimam Planudis ad Manuelem Philen, Græce cum Lat. versione evulgavit. — Monaci, in cod. Bavar. 50, sunt 118 epistolæ ad diversos: sed si versus s. carmina inserta, et a me ad n. 19 relata, etiam epistolæ habentur, 122 epistolæ numerari possunt. Singularum vero epistolarum initium et finem, et nomina eorum, ad quos scriptæ sunt, nisi nomen exesum est, uberius reposuit Hardt, in *Aretini Beyträge*, etc., ann. 1803, part. vi, p. 27-45. — Matriti in cod. Reg. 72, 114 seq. undecim Planudis epistolæ, quas recenset Iriarte in Cat. codd. Gr. Matrit. p. 260. — Taurini in bibl. reg. cod. 354 viginti Planudæ epistolæ. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 482. — Florent. in cod. bibl. Laurent. 16, n. 16, plut. 32, ex Planudæ epistolis excerpta; in cod. 3, n. 22, plut. 56, epistolæ 23, n. a nona usque ad tricesimam primam; in cod. 22, n. 1, plut. 56, in quo sunt 121 epistolæ V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 142, 299, in primis p. 320 seq., ubi ille primum initia singularum, servato ordine, quo positæ sunt in isto cod. dein per alphabetum digesta principia exhibuit. — Ibid. in cod. 30, n. 6, plut. 59, Planudis epistola ad Philanthropenum, quæ est serie Epistolarum in cod. memor. 22, ordine 48 et anepigrapha. V. Bandin. l. c. p. 551. (Harl.)

22. *Comparatio hiemis et veris* in eodem codice Cæsareo. (Fabr.) Monac. in cod. Bavar. 50. V. Hardt, l. c. a. 1803, part. vi, p. 47. — Florentiæ in cod. Laurent. 22, n. 5, plut. 56, *Laudatio hiemis*. Luc. Οἶμαι καὶ πρὸς μόνην τὴν ἀροήν. V. Bandin. l. c. II, p. 327. — *Hiemis et veris comparatio*, Paris. in bibl. publ. codd. 1187, n. 3; 1638, n. 7; 5010, n. 23, et sec. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 925 E, in cod. Colbert. (Harl.)

23. De Planudis *Grammatica, Dialogo de quæstionibus grammaticis*, qui inscribitur *Neophron et Palætinus*, nec non de *Syntaxi* dictum a me est volum. VI, p. 348 [ibique not.]. *Epimerismata* ejus memorat Gesneri bibl. (Fabr.) Adde in not. memor. citatis codd. Matriti in cod. Reg. 99, Planudæ *Dialogus de Grammatica*, qui inscribitur *Neophron et Palætinus*. — Ejusd. de *syntaxi octo partium orationis*, et de *syntaxi verborum transitivorum et intransitivorum*. — Ibid. in cod. 95, Planudæ de verborum *syntaxi*, de *transitivis et intransitivis*, ordine alphabetico; tum de *syntaxeos speciebus*, quæ *syntaxis ex integro msto*, s. *Grammatica* (quæ etiam exstat Florent. in bibl. monasterii bibl. Mariæ Benedictinorum, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 416 B. et in *Palæogr. gr.* p. 70), excerpta videtur: quos codd. plenius recenset Iriarte in cat. codd. Gr. Matrit. p. 387. seq. (ubi quoque alios codd. in aliis bibliothecis asservatos laudat), p. 391 et p. 371 seq. — Venetiis in cod. Nautano 504, de verborum *syntaxi*, de *transitivis et intransitivis*, etc. V. cat. codd. Gr. Nan. p. 509 seq., n. 5, 6, 7. — Secundum Montfauc.

*Bibl. biblioth. mss.* p. 6 A, p. 7 C, p. 8 C, p. 35 A, p. 91 A. ter. Romæ in codd. bibl. Vaticanae Max. Plan. de grammatica græca, de syntaxi, etc. — ib. p. 504 B. Mediolani in bibl. Ambros. (v. supra ad n. 3.) — *ibid.* p. 1200 B. in bibl. *Guil. Pelliserii*, de syntaxi. — Florent. in bibl. Laurent. col. 10, n. 15. plut. 81, inter codd. Gaddianos ex *Technologia Planud.* excerpta : inc. Ἐνετέτηχεν ἀντὶ τοῦ ἐγκάθορτζι · v. Bandini cat. codd. Gr. Laur. II, col. 429 seq. — In cod. *Coistin.* 192, quædam ex Max. Planude, et ejusd. Quæstiones grammaticæ, s. dialogus Neophr. et Palæstini. V. Montfauc. *Bibl. Coist.* p. 245. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 24, n. 12, plut. 57, Planudis *Epimerismata* (ἐπιμερισμοί). opus valde longum, cujus inscriptio arcanis litteris est exarata : inc. Φοινίκη ἢ Σοφία. καὶ Φοινιξ ὁ Σόρος, καὶ φοινιξ δένδρον, καὶ φοινιξ τὸ μοναδικὸν ὄρνεον · vid. Bandin. cat. codd. Gr. Laur. II, p. 368. (*Hartl.*)

24 *De vita Æsopi fabulisque Æsopicis*, Maximi Planudis stilo digestis, dixi lib. II, cap. 9. §. 2, et 5. (*Fabr.*) (Vol. I, p. 619 seq. et 624. sqq.) (a) Æsopi vita et fabule per Max. Planudem, Mediolani in bibl. Ambros. V. Montfauc. *Diar. ital.* p. 16. — Paris. in bibl. publ. codd. 1773, n. 23 ; 2899, n. 1 ; 2899. 2900 et seq. Æsopi vita. (*Hartl.*)

25. *Anthologia epigrammatum Græcorum* a Planude recensita. Nemini enim persuadebit Jo. Harduinus, quod pag. 495 *Opp. select.* illum, scribit, non repurgatorem tantum, ut vulgo habeatur, sed refusus auctorem esse anthologiam. Auctor tamen lemmatum, quæ epigrammatibus præfixa sunt, habetur. notantibus Huetio pag. 34, et Fabricio, qui etiam de titulo ἀνθολογίας citat *Benedicti Averanii* diss. I, tom. I *Opp.* et in ejus laudem diss. 21. Cephalæ autem anthologiæ novam induit formam, ita, ut illam, Agathias exemplo, in septem libros distribueret, neque tamen eadem, quæ Agathias, in quodque referret volumem. Multa enim omisit carmina, et quam plurima obsceniora vel resecurit, vel interpolavit. Atque schol. Græc. libro VII præmissum : Ἐν τῷδε τῷ ἐβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα. τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια, τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί, τὰ δ' ὡς ἀν ἕκαστον ἔτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ ἀισχυρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, φησὶν ὁ Πλανούδη. Fulvius autem Ursinus in suo codice adnotavit : Ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῷ εἰσι παρ' Ἀγγέλου τοῦ Κολλωτῆρος (a). Planudes vero, quod obscena resecurit, id bene ac prudenter egit, nec ea iterare et quasi commendare personam monachi decuit. Enimvero cum neque historicus, neque poeta bonus esset, haud debuerat interpolare, multo minus, multa Meleagri Philippique proscribens obscena, ex recentiore tamen ævo Silentiarii, Macedonii aliorumque nihilo illis castiora recipere. Id igitur fecit, ut multa relinqueret, alia rescicaret, non tam pudoris, quam compendii ratione ductus, Cephalæque volumem ad minorem redacturus molem. Alioquin non omisisset permissa, eaque pudica epigrammata dedicatoria. Illius quidem itidemque monachorum causam sirenue defendit Varassor ; attamen eum non absolvit. Conf. Brunck. præfat. pag. 4 sq. Quæstio autem atque illius examen, num et quatenus carmina veterum flagitiosa typis evulgare liceat, ad nostrum non pertinet studium ; et multi in hanc palæstram descenderunt. Vid. quæ Reiske et Klotz. in præfat. suis disputarunt, aliorumque attulerunt judicia. Ista a Planude compilata Anthologia per plura sæcula litterarum typis sola erat vulgata.

26. *Scholia ad libros priores duos arithmeticæ Diophanti* (b). Maximi Planudis scholia in arithmeticam

(a) Maximum Planudem partim ex mendaciis quæ ipse excogitavit, partim ex fabulosis Arabum traditionibus Æsopi vitam consarcinasse, judicat de la Croze in Thesaurio epistol. Lacroziano, tom. III, pag. 155, in epistola quadam ad Jablonskium : qui in responsione (tom. II Thesauri, p. 170 sq.) non solum probat Crozii sententiam, sed addit quique, se deprehendisse sæpius, Planudem ea quæ in vitis philosophorum de aliis relata legisset, more eorum qui fabulas romanenses contextunt, ad heroem suum transtulisse. Apophthegmata igitur, quæ Planudes Æsopo adfluxit, item narrationes de βραδυγλωσσία Æsopi aliasque uberior docet, non multum abhorreere ab iis quæ veteres de Demosthene, Biante aliisque commemorarunt, et Planudem plura depremississe e Plutarchi convivio VII sapientum, quia illic Æsopus interloquens introducatur. *HARTL. tom. I Biblioth.*

(b) Diophantus, Alexandrinus, licet ab aliis ante Christum natum visisse (a), ab aliis Neronis vel Antoninorum tempora attingisse tradatur, tamen quando vixerit, incertum reliquit ; nullius enim scriptoris, nullius rei meminit, e quo tempus, quod ingenio suo illustravit, colligere possis. Annos natum fuisse 84, cum diem obiret, ex hocce

gripho ejus epitaphii cognoscitur, quod ex anthologia inedita promittit Bachelus in Notis ad lib. V, pag. 270 :

Ὀϊτὸς τοι Διόφαντον ἔχει τάφος, ὃ μέγα ὄχυμα,  
Καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βλοιο λέγει.  
Ἐκτὴν κουρίζειν βιότου θεὸς ὤπασε μοῖρην,  
Δωδεκάτη δ' ἐπιθεῖς μήλα πόρην χλοάειν.  
Τῆ δ' ἄρ' ἐπ' ἐβδομάτῃ τὸ γαμήλιον ἤφατο φέγγος.  
Ἐκ δὲ γάμων πέμπτη παῖδ' ἐπένευσεν ἔτει.  
Αἴ, αἴ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἤμισυ πατρὸς  
Τοῦ δὲ καὶ ἡ κρουερὸς μέτρον ἑλὼν βιότου.  
Πένθος δ' αὖ πυσύρεσσιν παρηγορέων ἐνιαυτοῖς,  
Τῆ δὲ πότρου σοφίῃ τέρμ' ἐπύρρισε βίου.

*Hic Diophantus habet tumulum, qui tempora vite Illius mira denotat arte tibi.*

*Egit sextantem (b) juvenis, lanugine malis*

*Vestire hinc cepit parte duodecima (c).*

*Septante (d) uxori post hæc sociatur, et anno*

*Formosus quinto (e) nascitur inde puer.*

*Semissem (f) ætatis postquam attigit ille paternæ,*

*Infelix subita morte peremptus obit.*

*Quattuor (g) ætates genitor lugere superstes*

*Cogitur, hinc annos illius assequere.*

Fuisse videtur idem Diophantus, in cujus Ἀστρο-

(c) 5 annos.

(d) 42. —

(e) 4. —

Summa 84. —

(a) Vide Voss. *De Scient. math.* pag. 27, 341, 452, 464.

(b) 14 annos.

(c) 7. —

(d) 12. —

Diophanti et alia quædam, Romæ, in bibl. Vaticana. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 A. — Ibid. r. 28 D, Diophant. *Arithmetica*: in cujus calce quædam ex Max. Planude adiunguntur: Romæ, ibid. in cod. reginæ Sueciæ, n. 651. — Ibid., p. 619 D, Dioph. *Arithmet.* cum expositione Planudis, in pluribus codd. bibl. Scorial. Regis Hispan. — Ibid. p. 650 D, in bibl. Bodlei. n. 720, Max. Planudis *Arithmetica.* (*Hart.*)

νοῦτον παύσα scripterat olim (Suida teste) Hypatia, Theonis Alexandrini filia, Pythagoræ et Euclidis iungitur a Joanne Hierosolymitano in vita Joannis Damasceni, cap. 41, ubi Damascerus et Cosmas affirmat ita in arithmetica profecisse, ut Pythagoras et Diophantus, in geometricis ut Euclides: Ἀναλογίας δὲ διοφαντικῆς οὕτως ἐξήχθησαν εὐρώως, ὡς Πυθαγόρει καὶ Διόφαντοι. (*Fabric.*)—Fabricius sententia esse videtur Bachetum. Hamburgerus, in *Zuverläss. Nachricht.* tom. II, pag. 335, eius ætatem cum aliis collocat in an. Chr. circ. 460, sub imperatoribus Antoninis. At multo seriori ævo, n. Juliani imper. circa a. Chr. 362, alligat eum Saxius in *Onomastico*, etc. I, pag. 417, ubi, «Themistii ætate, inquit, adeoque principe Juliano, floruisse, ex Gregorii Abulpharaii *Historia dynastiæ* verisimiliter demonstravit ampliss. Gerard Meermannus, in Præfat. *Speciminis calculi fluxionalis*, Lugd. Batav. 1742, 4 (X. 3 sq.), et doct. Montucla in *Historia mathes.* Paris. 1758, 4. tom. I, part. 1, lib. v, §. 6, pag. 315. — Fabricium exscripsit Heilbronner in *Historia mathes. universæ*, pag. 338 sqq. Adde Scheibellii *Einleitung zur mathematischen Bücher-Kenntniß*, part. xi, pag. 326. (*Hart.*)

X editi sunt e libris XIII quos scripserat ad Pionysium, rescio quem (Τριώστατον Diophantus appellat), et quos in Vaticana mss. asservari jam pridem testatus est Joannes Regiomontanus, Præf. in Allergannum, problematum *Arithmeticoꝝ libri VI*, et *De numeris polygonis sive multangulis liber I* (a). Mira subtilitate excogitatas quaestiones subtilius resolvit nova ratione analytica, quam ipse ante se ignoratam profertur, recentiores a Gebro Arabe *Algebraicam* appellant et Arabibus tanquam inventoribus falso tribuunt, cum hi illam utique a Græcis, ut alia pleraque, acceperint (b). Libro sexto arithmeticas suas speculationes etiam ad geometriam applicare incipit exemplo Eucli-

(a) Du Perron, Pater purpuratus, Meziriaco affirmavit, se quoque habuisse cod. qui 13 libros Diophanti continisset; se illum cod. communicasse cum Guil. Gosselino, novam edit. cum commentario paraturo: illo vero pestilentia atrocitate abrupto, periisse codicem, nec repertum fuisse. (*Hart.*)

(b) Diophanti lib. *De algebra* interpretatum esse Mohammed Ebn Yhaya Ebn lo Wapha Albu-ziari, ex Abulphar. observat Heilbronner l. c. pag. 473 (*Hart.*)

(c) Villoison, in *Anecd. Græc.* tom. II, p. 453 sqq. animadvertit, anonyum auctorem dissertat. mathematico-riticæ de numeralium notarum minuscularum origine, in tomo XLVIII, *Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici*, pag. 21—110, plurimis comprobare exemplis, minusculas numerorum notas, quas Arabicas immerito vocamus, Romanis innotuisse; et illum auctorem pag. 70 affirmare Diophantum Alexandrinum, qui medio fere sæculo secundo algebra instituisse a plurimis putetur, illarum notarum non penitus fuisse ignarum. Plura ex illa dissert. scite excerptit cl. Villoison. (*Hart.*)

(d) Conf. cel. Kæstneri *Geschichte der Mathemat.* part. I, pag. 184—197, ubi multa is docte discussa de Xylandri labore et ipso Diophanto; et

dis. quem præter rem eo nomine reprehenderunt viri doctissimi (e). Libri v quaestio 23, metro sive epigrammata octasticho continetur, unde Bachetus ansam illo loco sumpsit ex inedita Anthologia XLV, ejusmodi griphos arithmeticos producendi atque interpretandi, ut notavi supra lib. ut, cap. 32, § 6 [vol. IV, pag. 452]. Ubi etiam feci mentionem LXI Epigrammatum Græcorum, ænigmata juncunda arithmetica continentium, quæ composuit cumque versione et enodatione sua edidit et Oui Sorani titulo proscripsit Joannes Laurenbergius, Hafniæ 1640, 4. Bachetus in votis ad Diophantum, pag. 496, illustrat etiam griphum arithmeticum Latini epigrammatis, obvii in collectione veterum poematum Pithœana, quod incipit:

*Ut tot emantur aves, bis denis utere nummis, etc.* Vide et Anthologiam epigrammatum Græcorum, lib. I, cap. 46, f. 97 sq., ac Maximi monachi (Planudæ) Scholia Græca, an. II. Stephani Adnotationes excusa in edit. Wechel.

Diophanti libri sex cum scholiis Græcis Maximi Planudæ in duos primores libros, atque libri Diophanti de numeris polygonis, collati cum Vaticanis codd. et Latine versi a Josepho Auria inre in bibliotheca Caroli de Montchall, teste Labbeo in *Bibl. nova mss.* p. 491. Post Auriam, ejus versio adhuc inedita delitescit, eodem Diophanti septem libros, quos ab Andrea Dudithio acceperat, et de numeris multangulis, Latine vertit, illaque lingua primus edidit, Planudæque scholia et sua ipsius perdocta commentaria adjuvit Guilelmus Xylander, Basil. 1575, fol. (d). Hinc præcipua laus est Claudii Casparis Bacheti (e) Meziriaci Sebastiani, qui nova versione et luculentis commentariis explicatum Diophantum (præmissis tribus suis porismatum libris et subjecta de polygonis numeris appendice), Græce et Latine vulgavit Paris. 1621, fol. (f), Xylandri observationes plerumque

pag. 195 memorat, in *Les œuvres mathématiques de Simon Stevin, par Albert Girard*, Leidæ 1634, fol. reperiri, pag. 102 sqq. *Les six livres de Diophante*, quatuor priores esse a Stevino; duo posteriores a Girardo ex versione Xylandri in linguam Franco-Gallicam translatos. (*Hart.*)

(e) Qui non capiuntur libris studiisque, nisi quæ sunt πρὸς τὰ ἄλλα, iis utique sordebit Diophantus, sordebut virorum doctorum in eum labores, quantumvis ingeniosissimi, quemadmodum Malherbius ex Bacheto, amicis quibusdam comitantibus et opus tanquam utilissimum extollentibus, Diophantum sibi offerente, rogare non dubitavit *s'il seroit amer de le pain?* Bellius, *Dictionar. historico*, tom. III, pag. 3152, ex Malherbii Vita.

(f) Per errorem Kœnig, in *biblioth.*, pag. 252, scripsit, editionem illam in lucem emissam esse a. 1615; et Vossius, *De scient. mathem.* erravit in nota anni 1623, ut bene observavit Bayle in *Diction. voc. Meziriac*, tom. III, p. 386 sqq. not. B. in qua et seq. nota C de Meziriaci meritis in Diophantum multus est. Adde (*De Sallengre*) *Mémoires de littérature*, Hagæ Com. 1715, 8, tom. I, ubi pag. 76-86 edit. Bacheti Meziriaci copiose recensetur, et de Diophanto ejusque ætate atque interpretibus fuse disputatur. (*Hart.*)

Καὶ γὰρ τοὶ συνεδότες ἑαυτοῖς τὴν προστασίαν πάντων ἀνηρημένοι, καὶ ὑπὲρ πάντας τοῖς πόνους ἐντροφῆν ἐπιλοσιτοῦντο. Οἶθε μὲν γὰρ καὶ στρατηγός, ὡς πλείωνων αὐτῷ δεῖ πόνων, ἢ τῶν ὑποστειγμένων ἐκάττοις. Οὐκοῦν καὶ ποιεῖ. Οἶθε δὲ καὶ κυβερνήτης, μᾶλλον αὐτῷ προσήκον τῶν ἐπιβατῶν καὶ

ναυτῶν ἀγρυπνεῖν· οὐκοῦν καὶ ἐγγίγομεν. Ὅπως ἂν  
 πρόσθεν οὐρανὸς φύσει βοτάνας, καὶ ἀστέρες γῆν  
 διαγράψουσιν, ἢ τοὺς ἀποστόλους· ἐγωγε φαίην ἂν,  
 μὴ πάντα πάντων προέχειν. Εἰ γὰρ μὴ καὶ τῷ χρό-  
 νῳ πάντας προέλαβον, ἔστι δ' ὧν οὐ μετρίων καὶ  
 δευτέρου πρὸς τὸν βίον ἀφίκοντο, ἀλλ' ὁμοῦ πάντα  
 συλλαβόντες ἐν ἑαυτοῖς κατορθώματα, καὶ πάντων  
 ὡς ἐνὶ μάλιστα ὑπερίδρυνται. Καὶ προκάθηται μὲν  
 προφητῶν, προκάθηται δὲ τῶν συναποστόλων· τῶν  
 μὲν, ὅτι τὰς ἐκείνων ῥήσεις ἐκύρωσαν, καὶ ἄπερ  
 ἐκείνοις ἦν ἐν ἐφέσει, τούτους, ἐν ἀπολαύσει, πρόβη,  
 τῶν δὲ ὅτι τὸν Δεσπότην ἐφίλησαν πλέον πάντων,  
 καὶ ἠγωνίσαντο πλέον πάντων. Προκάθηται δὲ  
 μαρτύρων ὁμοῦ καὶ ὁσίων· πρὸς ἐκείνους γὰρ οὗτοι  
 βλέποντες, οἱ μὲν πρὸς ὁρατοῦς ὁμοῦ καὶ ἀοράτους  
 ἔχθρους, οἱ δὲ πρὸς μόνους ἀπεδύσαντο τοὺς δευ-  
 τέρους. Προκάθηται δὲ ἱερέων, ὅσα καὶ παίδων  
 πατέρες· προκάθηται πάντων δ' οὐ πάντα πάντων  
 ὑπερβαλλόμενοι. Καὶ πᾶσι πάντα τοῖς ἐπικαλουμέ-  
 νοις αὐτοὺς γίνονται. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ περιόν-  
 τες ἔτι παρεῖχοντο ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς τοῦτο προθύ-  
 μους ἔμεν αὐτοῦ· γιγνομένους, τοὺς Χριστοῦ στό-  
 μα λέγω γεγενημένους, τοὺς σκευὴ τῆς ἐκλογῆς,  
 τοὺς θεμελίους τῆς Ἐκκλησίας, τοὺς τριμίας τῶν οὐ-  
 ρανῶν, τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἀκολουθοῦς καὶ μιμητάς,  
 τοὺς μετ' ἐκείνους οἰκουμένης σωτήρας. Ταῦτα  
 καὶ τούτων ἔτι πλείω τε καὶ οὐχ ἥττω, οἷς ἂν τις  
 θαρβύων χρῆσαιτο, ἀπητήτοις προμάχοις, ἀρραγέσι  
 προβόλοις, ἀγρύπνοις φύλαξι, παρηγόροις ἐν λύ-  
 παις, ἐν κινδύνοις ῥύσαισι, ἰατροῖς ἐν νόσοις, συν-  
 οδεύουσι ἐν ὁδοῖς, κυβερνήταις ἐν πλέοι, ζῶν κη-  
 δεμόσι, καὶ θανῶν ἀντιλήπτορσιν.  
 si quis iter faciat, gubernatores, si quis naviget,  
 habet.

Ὅν τῆ προστασία καὶ βοήθειᾳ ἤδη κάμοι πρὸς τέ-  
 λος ὁ λόγος, ὡς εἰς λιμένα καταίρει. Πάντα μὲν  
 οὖν διὰ πάντων, εὐ μάλα τοῖς ἀποστόλοις εἰργασται  
 καὶ τετέλεσται. Τί γὰρ; ἔδει τῷ Χριστῷ προσελ-  
 θεῖν; Προσηλθόν. Πανταχοῦ κηρύξαι; Ἐκήρυξαν.  
 Πάντα καλῶς ἀγωνίσασθαι; ἠγωνίσαντο. Ἐφάμιλλ-  
 ον τὸ πέρασ ταῖς πράξεις ἐπιθεῖναι; Ἐπέθηκαν.  
 Θάνατος γὰρ ὑπὲρ Χριστοῦ βίαιος παρέπεμψε πρὸς  
 Χριστόν. Καὶ ὁ τοῦτο κελεύων Νέρων, ὃς ἐκφανέ-  
 στατα ἀνθρώπων ἔδειξεν ἢ μόνος; ἢ μάλιστα, ὅσα  
 καὶ ἠλίκα ποιεῖν ἀρχὴ κακῆ δύναται κακοῦ τυχοῦσα  
 τοῦ ἐφρατώτος. Νῦν δὲ τῷ Χριστῷ συνόντες ἐν οὐ-  
 ρανοῖς, ᾧ καὶ ἐπὶ γῆς συνῆσαν ἀχώριστοι, ἀπέραν-  
 τα χαίρουσιν.

Ἔμοι δὲ δοκεῖ καὶ ὡς ἐν κεφαλαίῳ τῶν λόγων  
 προσειπόντα τοὺς ἀποστόλους καὶ ἐπευξάμενον, αὐ-  
 τικά δοῦναι τῷ λόγῳ στήναι. Χαίρετε οὖν, ὦ μακά-  
 ριοι, χαίρετε, Χριστοῦ μαθηταί. Χαίρετε, τῆς οἰκου-  
 μένης διδάσκαλοι. Καὶ γὰρ χαίρετε πρὸς οἷς ἀπο-  
 λαύετε, τὸ ὑμέτερον ποιμνιον ἀνωθεν ἐφορῶντες  
 εἰς οἶον ἀνθ' οἴου ταῖς ἀεὶ προσθήκαις ἐπέδωκεν.  
 Εἰ μὴ τι παραιρεῖται τῆς ἡδονῆς τὸ τοῦ ἀπαντα-  
 χοῦ γῆς τὸν ἕνα Χριστόν ἐπικαλεσαμένους Θεὸν δι'  
 ὑμῶν, τῆ τοῦ πονηροῦ κακοτεχνίᾳ πολλὰ καὶ διεσπᾶ-

esse, quam vectoribus et nautis. Vigilat ergo.  
 Vere cælum prius plantas progenerabit, et stellis  
 terra insignietur, quam ego affirmem, apostolos  
 istos in omnibus et super omnes non eminere.  
 Nam licet tempore non anteverterint omnes, ta-  
 men et secundis non mediocria capessenda pro-  
 ponuntur, et isti omnia præclare facta in se com-  
 plexi, omnibus, quam maxime fieri potest, ante-  
 ponuntur. Præsident prophetis, præsident et co-  
 apostolis: illis, quia eorum oracula confirma-  
 runt, et quæ illis erant in optatis, horum fructus  
 illis concessus est; istis, quia plus cæteris Domi-  
 num dilexerunt et plura quam cæteri certamina  
 subierunt. Præsident insuper martyribus aliisque  
 sanctis. Ad illos enim respicientes quidam et  
 cum aspectabilibus et cum inaspectabilibus adver-  
 sariis in arenam descenderunt; alii tantum cum  
 inaspectabilibus. Præsident sacerdotibus, ut pater  
 filiis. Præsident omnibus simul omnes in omnibus  
 supergressi, et omnibus se invocantibus omnia  
 facti, et hoc ipsum, cum adhuc in terra super-  
 stites essent, prompte omnibus præstabant, et  
 alacres se, ut singulis gratificarentur, exhibebant.  
 Illi scilicet, qui os Christi erant, vasa electionis,  
 fundamenta Ecclesiæ, quæstores cælorum, Salva-  
 toris pedis equi et imitatores; et post illorum,  
 orbis terrarum servatores. Hæc sunt et plura,  
 nec minora his supersunt, apostolorum præconia,  
 quos quis fidenter sibi asciscat, tanquam invi-  
 ctos propugnatores, propugnacula inexpugnabilia.  
 custodes vigilantes, consolatores in adversis, in  
 periculis liberatores, in morbis medicos, comites,  
 quos quis vivens curatores, et mortuos adjutores

Quorum ductu et auxilio mihi jam quoque  
 oratio ad finem, velut ad portum, provehitur.  
 Omnia igitur et per omnia apostolis admo-  
 lum probe peracta sunt. Quid enim? Ad Christum  
 oportebat accedere? Accesserunt. Ubique prædi-  
 care? Prædicarunt. In omnibus bonum certamen  
 certare? Certarunt. Similem finem actionibus im-  
 ponere? Imposuerunt. Violenta enim pro Christo  
 suscepta mors ad Christum illos transmisit. Cujus  
 mortis auctor Nero, qui vel solus, vel præcipue  
 luculenter ostendit, quanta et qualia facinora im-  
 perium patrare possit, si malum præsidem nanci-  
 scatur. Nunc autem cum Christo in cælis degente,  
 cui etiam in terris inseparabiliter adhæserant, sine  
 fine exsultant.

Ego vero consultum censeo ut, quia in termino  
 versamur, apostolos compellem et invocem, mox-  
 que cursum sistam. Salvete igitur, o beati. Sal-  
 vete, Christi discipuli, totius orbis magistri. Gau-  
 detis etenim inter gaudia, quibus in cælo frui-  
 mini, quando vestrum gregem quotidianis incre-  
 mentis auctum aspicitis; nisi aliquid de voluptate  
 decerpatis, quod qui ubique terrarum a vobis in-  
 stituti unum Christum, ut Deum, invocant, caco-  
 demoniis malitia multifariam dissecti sunt; recta

deposita in dubium revocantes, doctrinaeque a vobis traditæ alii aliter adversari tentantes. Vos quidem omnibus prædicatis; veritas enim una est. At vero malignus pernicioso strategemate usus, quos a conculcato jam idolorum cultu avulsos cernebat, eos a cognita veritate, prætextu veritatis indagandæ, avellere studuit. Verus impostor et improbitatis instrumentum, qui ista commentus est, ut dum homines pro Deo pugnam ineunt, a Deo exciderent, et ut a Deo alienarentur, dum instinctu ejus pro Deo præter rationem et temere dimicant. Cæterum vos, si qua hujus rei cura vos tangit, ut profecto tangit, cohibete et componite dissidia, Ecclesiamque iterum in unum congregate. Memineritis, ipsa vestra nomina huc tendere et huc vos impellere. Paulus igitur pausam contentionibus afferat. Petrus vero supra immotam petram incorruptæ doctrinae adductos confirmet. Et ingentes gratias vobis debemus, partim propter illa quæ his in terris nostri causa sustinistis, partim ob ea quæ iterum procurabit. Capiamus et nos primæ illius vestrae curæ experimentum, ut quod auditione accepimus et fide credimus, oculis quoque intueamur, quomodo scilicet orbem terrarum ad salutem pertraxeritis, Christum in vobis ipsis habentes et circumferentes, quem simul cum Patre et Spiritu sancto adorandum prædicastis, nunc et semper, et in sæcula. Amen.

Ασθαι, καὶ λόγου τοῦ ὁρθοῦ πάντα πᾶσιν ἀμφοτέρωθεν, καὶ ἄλλους ἄλλως τῆς ὑμῶν διδασκαλίας ἀντιχρῆσαι βούλεσθαι. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐν πᾶσι τὸ κήρυγμα διηγήεσθε. Τὸ γὰρ ἀληθὲς ἐν ὁ δὲ πονηρὸς πονηρῶν χριστάμενος στρατηγήματι, οὗς ἀφῆρέθη τῆς εἰδώλων πατηθείσης λατρείας ἀναφῆρειν τῆς ἀληθείας ἐμπενήσατο ὑποθήκη δῆθεν τοῦ τῆς ἀληθείας φροντισῆν σοφιστῆς ἔντως ἐκείνος καὶ κικλῶν ὄργανον. Τοιαῦτα δραματούργησας, ὡς ὑπὲρ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους μάχην ἀνηρημένους ἐκπίπτειν Θεοῦ· καὶ ἐν ἀλλοτριωθῆσι Θεοῦ, Θεῶν παρὰ λόγον βοῦθειν ὑποδῶλων. Πλὴν ἀλλ' εἰ τί γε ὑμῖν τοῦδε μέλει, καὶ γὰρ οὐ μέλει, ἤδη ποτὲ λήξει τὴν στάσιν. Καὶ πάλιν τὴν Ἐκκλησίαν εἰς ἐν συναγάγετε. Μνήσθητε ὡς τῶν εἰς τοῦτο συντεινόντων ὑμεῖς ἐπόνομοι. Καὶ ὁ μὲν Παῦλος τῶν διαφορῶν ὁραγέτω· ὁ δὲ Πέτρος· ἐπὶ πέτρῳ ἀρῆραγῆ πάντας ὁμοῦ στηριζέτω τῆς τῶν δογμάτων ὁρθότητος. Ἡ ποῦ πολλαπλασιῶσις ὑμῖν εἰσόμεθα τηρικαῦτα τὰς χάριτας, ὧν τε τῶ βῆν περιόντες ὑπὲρ ὑμῶν ἠνέσχεσθε, καὶ ὧν αὐθὺς ἐπιμελήσεσθε. Λεθοῦμεν καὶ ἡμεῖς τῆς πρώτης ἐκείνης ἐπιμελείας ὑμῶν πείραν. Ὡς ἂν ὅπερ ἀκοῆ περιλήφασθε καὶ πεπιστεύκαμεν, καὶ ὁφθαλμοῖς δεῖξαι δεξώμεθα, ὡς ὑμεῖς τὸν οἰκουμένην ἐσώσατε, Χριστὸν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἔχοντες τε καὶ περιφέροντες, ὧν ἅμα τῶ Πατρὶ καὶ τῶ Πνεύματι προσκυνητῶν ἐκηρύξατε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν.

# MAXIMI PLANUDÆ

INTERPRETATIO

## NONNULLORUM CAPITUM S. AUGUSTINI

EX DECIMO QUINTO DE TRINITATE

Quæ probant Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere

(Opuscula aurea theologica, Petro Arcudio editore, Romæ, 1670.)

Quoniam Marcus Ephesius in privatis colloquiis etiam scripta sanctorum Patrum Occidentalium aiebat esse corrupta, huic stultæ assertioni Bessærius se opponens firmiter asseverabat, si ea omnia e codicibus deleantur, quæ hoc dogma probant, remansuras utique membranas albas. Non enim obiter unum, aut alterum verbum sancti proferunt ad id probandum, ut quis suspicetur eorum loca esse corrupta: sed integræ ea de re illorum pagina, imo vero ad populum exstant homilia. Quare Græci quoque Catholici illius ætatis, præsertim Bessarion et Demetrius Cylones, integros ferme tractatus sancti Augustini verterunt. Mirabar autem cur non etiam vertissent librum *De Trinitate* sancti Augustini tanti doctoris, ubi consulto ac de industria quæstionem hanc tractat. Sed reperi postea Maximum Planudem, monachum Græcum, celeberrimum philosophum et theologum, et in utraque lingua exercitatissimum, sanctoque Augustino addictissimum aliquot annis prius eum librum eîς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν transtulisse. Ex eo nos excerpimus quæ ad rem faciunt. Quæ sane quoniam in tertio tomo Augustini exstant, et prius tractata sunt, hic etiam ante alios ejus tractatus inserenda duximus.

Cæterum ne offendatur pius lector, quoniam Planudes quatuor argumentis adversus verum dogma Latinorum videtur insurgere, sciendum est eum timore principis illud fecisse, ut testatur Demetrius Cydones et Bessarion in solutione illorum argumentorum, quæ in calce post capita sancti Augustini ex libro *De Trinitate* desumpta, posuimus.

### AUGUSTINI EX LIBRO XV DE TRINITATE.

#### CAPUT XVII.

Satis de Patre et Filio, quantum per hoc speculum atque in hoc ænigmate videre potuimus, locuti sumus. Nunc de Spiritu sancto, quantum, Deo donante, videre conceditur, disserendum est: qui Spiritus sanctus, secundum Scripturas sanctas, nec Patris solius est, nec Filii solius, sed amborum, et ideo communem, quia invicem se diligunt Pater et Filius, nobis insinuat charitatem. Ut autem nos exerceret sermo divinus, non res in promptu sitas, sed in abdito scrutandas, et ex abdito eruendas, maiore studio fecit inquiri. Non itaque dixit Scriptura: Spiritus sanctus charitas est; quod si dixisset, non parvam partem questionis istius abstulisset: sed dixit: « Deus charitas est<sup>1</sup>; » ut incertum sit, et ideo requirendum, utrum Deus Pater sit charitas, an Deus Filius, an Deus Spiritus sanctus, an Deus ipsa Trinitas. Neque enim dicturi sumus, non propterea Deum dictum esse charitatem, quod ipsa charitas nulla substantia quæ Dei digna sit nomine, sed quod donum Dei sit, sicut dictum est Deo,

#### ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

*Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅπερ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἴσον λαμβάνεται, καὶ ἑκατέρου Πνεύμα λέγεται, καὶ τῷ τῆς ἀγάπης νοεῖται ὀνόματι, καίτοι καὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῇ Τριάδι προσώπων ἀγάπης ὄντος.*

Ἄλις μὲν οὖν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὅποσον διὰ τοῦδε τοῦ ἐσόπτρου καὶ ἐν τῷδε τῷ αἰνίγματι ἰδεῖν ἴδουνηθημεν, διειλέγεθα. Νυνὶ δὲ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὅποσον, τοῦ Θεοῦ χρηγοῦντος, ὁρᾶν συγχωρούμεθα, διασαφητέον· ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὰς ἱερὰς Γραφὰς οὔτε τοῦ Πατρὸς ἐστὶ μόνου, οὔτε τοῦ Υἱοῦ μόνου, ἀλλ' ἀμφοῖν· καὶ διὰ τοῦτο κοινὴν ἡμῖν τὴν ἀγάπην διδάσκει, καθ' ἣν ἀλλήλους ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἀγαπῶσιν. Ἴνα δ' ἡμᾶς ὁ θεῖος λόγος γυμνάσῃ, οὐκ εἰς προὔπτον κείμενα πράγματα, ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ ἐρευνητέα, καὶ εἰς ἀποκρύφου ἐξενεκτέα, μερίζον ἀγωνίᾳ πεποιήκε ζῆτεῖσθαι· οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἡ Γραφή, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπη ἐστίν. Εἰ γὰρ τοῦτ' εἶρηκεν, οὐ μικρὸν ἂν μέρος ἀφείλετο τοῦδε τοῦ ζητήματος, ὅλλ' εἶπεν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, » ὡς ἄδηλον εἶναι, καὶ διὰ ταῦτα ζητητέον, πότερον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἀγάπη ἐστίν, ἢ ὁ Θεὸς καὶ Υἱὸς, ἢ ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ὁ Θεὸς αὐτὴ ἡ Τριάς. Οὐδὲ γὰρ ἐροῦμεν

A Quoniam tu es patientia mea. Neque enim propterea dictum est, quia Dei substantia est nostra patientia, sed quod ab ipso nobis est, sicut alibi legitur: « Quoniam ab ipso est patientia mea: » Hunc quippe sensum facile refellit Scripturarum ipsa locutio. Tale est enim, « Tu es patientia mea; » quale est, « Tu es, Domine, spes mea; » et: « Deus meus misericordia; » et multa similia. Non est autem dictum, Domine, charitas mea, aut, Tu es charitas mea, aut, Deus charitas mea; sed ita dictum est: « Deus charitas est, » sicut dictum est: « Deus Spiritus est. » Hoc qui non discernit, intellectum a Domino, non expositionem quærat a nobis. Non enim apertius quidquam possumus dicere. Deus ergo charitas est. Utrum autem Pater, an Filius, an Spiritus sanctus, an ipsa Trinitas, quia et ipsa non tres dii, sed unus Deus, hoc quæritur. Sed jam in hoc libro superius disputavi, non sic accipiendam esse Trinitatem, quæ Deus est ex illis tribus, quæ in Trinitate nostræ mentis ostendimus, ut tanquam memoriasit omnium trium Pa-

μὴ διὰ ταῦτα ἀγάπην τὸν Θεὸν εἰρησθαι, ὅτι ἡ ἀγάπη οὐκ ἐστὶν ἡ οὐσία ἐκεῖνη, ἥτις ἐστὶν ἀξία τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ὅλλ' ὅτι ἐὼρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὡσπερ εἶρηται πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι: « Σὺ εἰ ἡ ὑπομονὴ μου. » Οὐ γὰρ πάντω, διὰ ταῦτα εἶρηται, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐστὶν οὐσία ἡ ἡμετέρα ὑπομονὴ, ἀλλ' ὅτι παρ' ἐκεῖνου ἡμῖν ἐστὶν· ὡσπερ καὶ ἀλλαχοῦ ἀναγινώσκουμεν, ὅτι « Παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονὴ μου. » ταύτην γὰρ τὴν ἔνοιαν βραδύως ἀποκρούεται ἡ τῶν Γραφῶν ὀμιλία. Τοιοῦτον γὰρ ἐστὶ τὸ, « Σὺ εἰ ἡ ὑπομονὴ μου, » ὁποῖόν ἐστι τὸ, « Σὺ, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου. » καὶ, « Ὁ Θεὸς μου, τὸ ἐλεός μου. » καὶ πολλὰ παραπλήσια· οὐκ εἶρηται δὲ, Κύριε, ἡ ἀγάπη μου, ἢ, Σὺ εἰ ἡ ἀγάπη μου, ἢ, Ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη μου· ἀλλ' οὕτως εἶρημένον ἐστίν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, » ὡσπερ εἶρηται « Ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστιν. » Ὁ δὲ δὴ τοῦτο μὴ διακρίνων νόησιν παρὰ Κυρίου, ἀλλὰ μὴ ἐξήγησιν παρ' ἡμῶν ζητεῖτω. Οὐδὲ γὰρ καθαρῶτερόν τι λέγειν δυνάμεθα. Ὁ Θεὸς ἀρα ἀγάπη ἐστίν. Πότερον δὲ ἢ ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ αὐτὴ ἡ Τριάς· καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ οὐ τρεῖς Θεοί, ἀλλὰ Θεὸς ἐστὶν εἷς· τοῦτο ζητεῖται. Ἄλλ' ἦδη ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ ἀνωτέρω διειλεγματο, μὴ οὕτω χρῆναι λαμβάνειν τὴν Τριάδα, ἥτις ὁ Θεὸς ἐστὶν ἐκ τῶν τριῶν ἐκεῖνων, ἅπερ ἐν τῇ Τριάδι,

<sup>1</sup> Ioan. iv, 16.

ter, et intelligentia omnium trium Filius, et charitas omnium trium Spiritus sanctus, quasi Pater nec intelligat sibi nec diligit; sed ei Filius intelligat, et Spiritus sanctus ei diligit, ipse autem sibi et illis tantum meminerit; et Filius nec meminerit, nec diligit sibi, sed meminerit ei Pater, et diligit ei Spiritus sanctus, ipse autem et sibi et illis tantummodo intelligat; itemque Spiritus sanctus nec meminerit, nec intelligat sibi, sed meminerit ei Pater, et intelligat ei Filius, ipse autem et sibi et illis non nisi diligit: sed sic potius, ut omnia tria et omnes et singuli habeant in sua quisque natura; nec distent in eis ista, sicut in nobis aliud est memoria, aliud est intelligentia, aliud dilectio sive charitas; sed unum aliquid sit quod omnia valeat, sicut sapientia, et sic habeatur in uniuscuiusque natura, ut qui habet, hoc sit quod habet, sicut immutabilis simplex substantia.

Si ergo hæc intellecta sunt, et quantum nobis in rebus tantis videre et conjectare concessum est, vera esse claruerunt, nescio cur non sicut sapientia, et Pater dicitur et Filius, et Spiritus sanctus, et simul omnes non tres, sed una sapientia; ita charitas, et Pater dicatur et Filius et Spiritus sanctus, et simul omnes unus Deus. Et tamen non frustra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei nisi Filius, nec

A donum Dei nisi Spiritus sanctus; nec de quo genitum est Verbum, nec de quo procedit principaliter Spiritus sanctus, nisi Deus Pater. Ideo autem addidit principaliter, quia et de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non jam existenti, et nondum habenti, sed quidquid Unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, et Spiritus sanctus. Spiritus esset amborum. Non est igitur accipienda transeunter, sed diligenter intuenda inseparabilis Trinitatis ista distinctio. Hinc enim factum est ut proprie Dei Verbum, etiam Dei Sapientia diceretur, cum sit Sapientia et Pater et Spiritus sanctus. Si ergo proprie aliquid horum trium charitas nuncupanda est, quid aptius quam ut hoc sit Spiritus sanctus? Ut scilicet in illa (Trinitatis) simplici summaque natura non sit aliud substantia, et aliud charitas, sed substantia ipsa sit charitas, et charitas ipse sit substantia, sive in Patre, sive in Filio, sive in Spiritu sancto, et tamen proprie Spiritus sanctus charitas nuncupetur. Sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris instrumenti sanctarum Scripturarum significuntur eloquia. Nam ex propheta Isaia testimonium ponens Apostolus, ubi ait: « In aliis linguis, et in aliis labiis loquar populo huic<sup>1</sup>, » præmisit tamen: « In lege scriptum est. » Et ipse Dominus; « In lege, inquit, eorum scriptum est, quia Oderunt

τοῦ νοῦς ἡμῶν ὑπεδείξαμεν, ὡς μνήμην μὲν εἶναι τῶν τριῶν πάντων τὸν Πατέρα, καὶ νόησιν τῶν τριῶν πάντων τὸν Υἱόν, καὶ ἀγάπην πάντων τῶν τριῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τὸν Πατέρα μήτε νοεῖν ἑαυτῷ, μήτε ἀγαπᾶν, ἀλλὰ τὸν Υἱόν ἐκείνῳ νοεῖν, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκείνῳ ἀγαπᾶν, αὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις μόνον μεμνησθαι· καὶ μὴν καὶ τὸν Υἱόν μήτε μεμνησθαι, μήτε ἀγαπᾶν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μεμνησθαι αὐτῷ τὸν Πατέρα, καὶ ἀγαπᾶν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· αὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις μόνον νοεῖν· εἰ δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μήτε μεμνησθαι, μήτε νοεῖν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μεμνησθαι αὐτῷ τὸν Πατέρα, καὶ νοεῖν αὐτῷ τὸν Υἱόν· αὐτὸ δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις οὐδὲν δεῖ μὴ ἀγαπᾶν· ἀλλ' οὕτω μᾶλλον ὡς πάντα τὰ τρία καὶ πάντας καὶ ἕκαστον ἔχειν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕκαστον φύσει, καὶ μηδὲ δίστασθαι ἐν αὐτοῖς ταῦτα, ὡσπερ ἐν ἡμῖν ἄλλο μὲν ἢ μνήμη, ἄλλο δὲ ἢ νόησις, ἕτερον δὲ ἢ ἀγάπη, ἀλλ' εἶναι τι τὸ πάντα δυνάμενον, ὡσπερ ἡ σοφία, καὶ οὕτως ἔχασθαι ἐν ἐνὸς ἐκάστου φύσει, ὡς τὴν τῶδε τι ἔχοντα εἶναι ὃ ἔχει, ὡς ἀτρεπτον καὶ ἀπλήν οὐσίαν.

Οὕτω μὲν οὖν ταῦτα νενήθεται, καὶ ὅπόσον ἡμῖν ἐν τρηλικούτοις πράγμασιν ἰδεῖν στοχάσασθαι συγχωρήσεται, ἀληθῆ ὄντα ἀνεφάνη. Οὐκ οὔδα ἐξ ἐπί ποτε μὴ ὡσπερ σοφία καὶ ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοῦ πάντες οὐ τρεῖς, ἀλλὰ μία σοφία, οὕτως ἀγάπη καὶ ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ

ὁμοῦ πάντες μία ἀγάπη. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Θεός, καὶ ὁ Υἱός Θεός, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεός, καὶ ὁμοῦ πάντες εἰς Θεός. Καὶ μέντοι οὐ μάρτην ἐν τῇδε τῇ Τριάδι οὐ λέγεται Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ ὁ Υἱός, οὐδὲ δῶρον Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐδὲ ἐξ οὗ ἐγεννήθη ὁ Λόγος, καὶ ἐξ οὗ ἐκπορεύεται ἀρχοειδῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ· διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκα τὴ ἀρχοειδῶς, ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐρίσκειται ἐκπορευόμενον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αὐτῷ ὁ Πατὴρ ἔδωκεν, οὐκ ἤδη ὑπεστηκότι, καὶ μήπω ἔχοντι, ἀλλ' ὃ τι ποτὲ τῷ μονογενεῖ Λόγῳ δέδωκεν, ἐν τῷ γεννᾶν δέδωκεν, οὕτως ἄρα αὐτὸν ἐγέννησεν, ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ δῶρον κοινὸν προέρχασθαι, καὶ Πνεῦμα ἅγιον εἶναι ἀμφοῖν. Οὐκ ἄρα παροδικῶς ἀξία λαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἐπιμελῶς ἐπισκουπεῖσθαι ἢ ἀδελφῆτος αὐτῆ τῆς Τριάδος διαστολή. Ἐντεῦθεν γὰρ γέγονεν ὡς κυρίως τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγον Θεοῦ σοφίαν λέγεσθαι, καίτοι καὶ τῷ Πατρὶ σοφίας ὄντος, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ τοίνυν κυρίως τῶν τριῶν τι τούτων ἀγάπην ὀνομάζεσθαι χρή, τί ποτ' ἀν ἀρμοδιώτερον εἴη τοῦτ' εἶναι ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὡς ἐν ἐκείνῃ δηλαδὴ τῇ ἀπλή καὶ ἀκροτάτῃ φύσει μὴ εἶναι ἕτερον μὲν τὴν οὐσίαν, ἕτερον δὲ τὴν ἀγάπην, ἀλλ' οὐσίαν εἶναι τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ἀγάπην οὐσίαν εἶναι ἐν τῷ Πατρὶ, εἴτε ἐν τῷ Υἱῷ, εἴτε ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; Ὅμως μέντοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως ἀγάπην προσαγορεύεσθαι· ὡσπερ καὶ τῷ τοῦ νόμου ὀνόματι ἔστιν ὅτι ὁμοῦ

<sup>1</sup> I Cor. xiv, 21.

me gratis <sup>a</sup> : » cum hoc legatur in Psalmo. Ali- A quando autem proprie vocatur lex, quæ data est per Moysen secundum quod dictum est : « Lex et prophetæ usque ad Joannem <sup>b</sup>. » Et : « In his duobus præceptis tota lex pendet et prophetæ <sup>c</sup>. » Hic utique proprie lex appellata est de monte Sina ; prophetarum autem nomine etiam psalmi significati sunt, et tamen alio loco ipse Salvator : « Oportebat, inquit, impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, et prophetis, et psalmis de me <sup>d</sup>. » Hic rursus prophetarum nomen, exceptis psalmis, intelligi voluit. Dicitur ergo lex universaliter cum prophetis et psalmis ; dicitur et proprie, quæ per Moysen data est. Item dicuntur communiter prophetæ simul cum psalmis, dicuntur et proprie præter psalmos. Et multis aliis exemplis doceri potest multarum B rerum vocabula et universaliter poni, et proprie quibusdam rebus adhiberi, nisi in re aperta vitanda sit longitudo sermonis. Hæc ideo dixi, ne quisquam propterea nos inconvenienter existimes charitatem appellare Spiritum sanctum, quia et Deus Pater et Deus Filius potest charitas nuncupari. Sicut ergo unicum Dei Verbum proprie vocamus nomine sapientiæ, cum sit universaliter et Spiritus sanctus et Pater ipsa Sapientia : ita Spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo charitatis, cum sit

universaliter charitas et Pater et Filius. Sed Dei Verbum, id est unigenitus Dei Filius, aperte dicitur est Dei Sapientia, ore apostolico, ubi ait, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam. Spiritus autem sanctus ubi sit dicitur charitas, invenimus, si diligenter Joannis apostoli scrutemur eloquium. Qui cum dixisset : « Dilectissimi, diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est, » secutus adjunxit : « Et omnis qui diligit, ex Deo natus est ; qui non diligit, non cognovit Deum ; quia Deus dilectio est <sup>e</sup>. » Hic manifestavit eam se dixisse dilectionem Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia et Filius ex Deo Patre natus est, et Spiritus sanctus ex Deo Patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere, dictum esse dilectionem Deum, merito quaeritur : Pater enim solus ita Deus est, ut non sit ex Deo ; ac per hoc dilectio, quæ ita Deus est, ut ex Deo sit, aut Filius est, aut Spiritus sanctus. Sed in consequentibus cum Dei dilectionem commemorasset, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos, et misit Filium suum liberatorem pro peccatis nostris, et hinc exhortatus esset ut et nos invicem diligamus, atque ita in nobis Deus maneat : quia utique dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquid eloqui : « In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso

πάντα τὰ τῆς παλαιᾶς καὶ θείας Γραφῆς δηλοῦνται λόγια· καὶ γὰρ ἐκ τῆς Γραφῆς τοῦ Ἰσαίου μαρτυροῦνται· οἱ Ἀπόστολοι ἐνθά φησὶν, « Ἐν ἐτερογλώσσαις καὶ ἐν χεῖλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τοῦτω, » προῦθηκεν ὁμοῦ, « Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος, « Ἐν τῷ νόμῳ, φησὶν, αὐτῶν γέγραπται, ὅτι, Ἐμίσησάν με δωρεάν, » καὶ τοῦτο ἀναγινωσκόμενον ἐν τῷ ψαλμῷ. Ἐνίστα δὲ νόμος κυρίως καλεῖται διὰ Μωϋσέως, κατὰ τὸ ῥηθὲν, « Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου. » Καὶ· « Ἐν ταῦταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὁλοῦς ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. » Ἐνταῦθα γὰρ πάντως νόμος κυρίως προσαγορεύεται ὁ ἐκ τοῦ δρους Σινᾶ, τῷ τῶν προφητῶν δὲ ὀνόματι καὶ οἱ ψαλμοὶ σημαίνονται. Ἐν ἑτέρῳ μέντοι τύπῳ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, « Ἐδοί, » φησὶ, « πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. » Ἐνταῦθα γὰρ πάλιν τὸ τῶν προφητῶν ὄνομα, ἐξαιρουμένων τῶν ψαλμῶν, νοεῖσθαι ἠθέλησε. Λέγεται ἄρα νόμος καθολικῶς οὐν τοῖς προφήταις καὶ ψαλμοῖς. Λέγεται καὶ κυρίως ὁ διὰ Μωσέως· δοθεὶς. Ἐτι λέγονται κοινῶς οἱ προφῆται οὐν τῶν ψαλμοῖς. Λέγονται δὲ καὶ ἰδίως πλὴν τῶν ψαλμῶν. Καὶ πολλοὶ δὲ παραδείγμασι καὶ ἄλλοις δυνατὸν ἡμᾶς γινῶναι, ὡς πολλῶν πραγμάτων ὀνόματα καὶ καθολικῶς τίθεσθαι, καὶ ἰδίως τισὶν ἀπονέμεσθαι· εἰ μὴ ἐν πράγματι φανερῶ φυλάττεσθαι χρὴ τὸ τοῦ λόγου μήκος. Τοῦτο δὲ διὰ τοῦτ' εἶπον, ἵνα μὴ τις ἡμᾶς τοῦτου χάριν οἰηθεῖν, μὴ ἀρμοδίως ἀγάπην προσαγορεύειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὴ καὶ ὁ

Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ ὁ Θεὸς Υἱὸς δύναται ἀγάπην προσαγορεύεσθαι· ὡς περ οὖν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον κυρίως καλοῦμεν τῷ τῆς σοφίας ὀνόματι, καὶ τοὶ καθόλου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τοῦ Πατρὸς σοφίας ὄντος, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως τῷ τῆς ἀγάπης ὀνόματι, καθόλου καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἀγάπης ὄντος. Ἄλλ' ὁ μὲν Λόγος τοῦ Θεοῦ, τοὔτεστιν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, φανερῶς εἰρηται τοῦ Θεοῦ σοφία τῷ ἀποτολικῷ στόματι, ἐνθά φησὶ, « Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. » Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποτε εἰρησθαι ἀγάπην εὐρίσκομεν ; ἂν περ ἐπιμελῶς τῷ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου λογίῳ πρόσσχωμεν, ὡς εἰπὼν, « Ἀγαπητοὶ, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστίν, » ἐπομένως συνῆψε, « Καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθη· ὁ δὲ μὴ ἀγαπῶν οὐκ ἔγνω τὸν Θεόν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. » Ἐνταῦθα ἐφάνερωσεν ἑαυτὸν αὐτὴν εἰρηκέναι ἀγάπην τὸν Θεόν, ἣν εἶπεν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Θεὸς ἄρα ἐκ Θεοῦ ἐστίν ἡ ἀγάπη· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τίνα τούτων μᾶλλον ἐνταῦθα ἐκλαβεῖν ὀφείλομεν εἰρησθαι ἀγάπην τὸν Θεόν, δικαίως ζητεῖται. Ὁ γὰρ Πατὴρ μόνος ἐστίν οὕτω Θεός, ὡς μὴ ἐκ Θεοῦ εἶναι, καὶ διὰ ταῦτα ἡ ἀγάπη, ἣτις οὕτω Θεός ἐστίν, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, ἢ Υἱός ἐστίν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπομένοις τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἀναμνήσας, οὐ καθ' ἣν ἡμεῖς αὐτὸν, ἀλλὰ καθ' ἣν αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, « Καὶ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, »

<sup>a</sup> Joan. xv, 25. <sup>b</sup> Luc. xvi, 16. <sup>c</sup> Matth. xxi, 40. <sup>d</sup> Luc. xxiv, 44. <sup>e</sup> I Joan. iv, 7, 8.

manemus, et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis.<sup>9</sup> Spiritus itaque sanctus de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, et ipsum in nobis, hoc autem facit dilectio. Ipse est igitur Deus dilectio. Denique paulo post cum hoc ipsum repetisset, atque dixisset: « Deus dilectio est, » continuo subiecit: « Et qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus manet in eo. » Unde supra dixerat: « In hoc cognovimus quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis. » Ipse ergo significatur ubi legitur: « Deus dilectio est. » Deus igitur Spiritus sanctus qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectionem Dei et proximi, et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde Deum diligat, nisi ex Deo. Propter quod paulo post dicit: « Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos.<sup>10</sup> » Apostolus quoque Paulus: « Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.<sup>10</sup> »

## CAPUT XVIII.

Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est, quod dividit inter filios regni æterni et filios perditionis æternæ. Dantur et alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuique Spiritus san-

ctus, ut eum Dei et proximi faciat amatorem. sinistra non transfertur ad dextram. Nec Spiritus proprie dicitur donum, nisi propter dilectionem. Quam qui non habuerit, « Si linguis hominum loquatur et angelorum, sonans ærumentum est, et cymbalum tinniens. Et si habuerit prophetiam, et scierit omnia sacramenta, et omnem scientiam, et si habuerit omnem fidem ita ut montes transferat, nihil est. Et si distribuerit omnem substantiam suam, et si tradiderit corpus suum ut ardeat, nihil ei prodest.<sup>11</sup> » Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem bona tanta perducunt? Ipsa vero dilectio, sive charitas, nam unius rei est utrumque nomen, si habeat eam, qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia scit sacramenta, omnemque scientiam, nec distribuit omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuit, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum ut ardeat, si talis passionis nulla tentatio est, perducit ad regnum, ita ut ipsam fidem non faciat utilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidem esse, sed non prodesse. Propter quod et apostolus Paulus: « In Christo, inquit, Jesu neque circumcisio, neque præputium aliquid valet, sed fides, quæ per dilectionem operatur.<sup>12</sup> » sic eam discernens

## ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τῆς ὑπεροχῆς τῆς ἀγάπης, ἣτις οὕτως ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστίν, ὡς καὶ αὐτὴ Θεὸς εἶναι.

φρῶν, « Iasmōn ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν » κἀν-  
τεῦθεν ἐδίδαξεν ὡς καὶ ἡμεῖς ἀλλήλους ἀγαπῶμεν,  
καὶ οὕτως ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει. Ἐπεὶ τοίνυν  
ἀγάπην τὸν Θεὸν εἰρηκε, εὐθύς τῶν περὶ τοῦδε  
τοῦ πράγματος φανερώτερον τι διαλεχθῆναι, « Ἐν  
τούτῳ, » φησὶ, « γινώσκωμεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν,  
καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ  
δέδωκεν ἡμῖν. » Τὸ Πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον, ἐξ οὗ  
δέδωκεν ἡμῖν, ποιεῖ ἡμᾶς ἐν τῷ Θεῷ μένειν, καὶ  
αὐτὸν ἐν ἡμῖν· τοῦτο δὲ ποιεῖ ἡ ἀγάπη· αὐτὸς ἐστίν  
ἄρα ὁ Θεὸς; ἡ ἀγάπη. Καὶ τέλος μετὰ μικρὸν τοῦτ'  
αὐτὸ ἐπαναλαβὼν, καὶ εἰπὼν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη  
ἐστίν, » ἐξῆς ἐπήγαγε, « Καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ  
ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει. » ὅθεν  
ἀνωτέρω εἰρηκεν, « Ἐν τούτῳ γινώσκωμεν ὅτι ἐν  
αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύ-  
ματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. » Αὐτὸ ἄρα δηλοῦται  
ἐνθα ἀναγινώσκωμεν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. » ὁ  
Θεὸς τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ  
τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴν δοθῆ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀνάπτει αὐτὸν  
εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πλησίον, καὶ αὐ-  
τὴν ἀγάπη ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ἔχει ὁ ἀνθρώπος ὅθεν  
εἰν Θεὸν ἀγαπήσῃ. ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Διὸ μετ'  
ὀλίγα φησὶν, « Ἡμεῖς δὲ ἀγαπῶμεν, ὅτι αὐτὸς πρό-  
τερον ἡγάπησεν ἡμᾶς. » Καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος  
« Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, » φησὶν, « ἐκκέχυται ἐν ταῖς  
καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἀγίου τοῦ δοθέντος  
ἡμῖν. »

Οὐδὲν ἐστὶ τοῦδε τοῦ δώρου τοῦ Θεοῦ ὑψηλότε-  
ρον· μόνον γὰρ ἐστὶ τὸ διαίρου τοῦ Θεοῦ μεταξὺ τῶν υἱῶν  
τῆς αἰωνίου βασιλείας, καὶ τῶν υἱῶν τῆς αἰωνίου  
ἀπωλείας. Δίδονται δὲ καὶ ἕτερα διὰ τοῦ Πνεύ-  
ματος δῶρα, ἀλλὰ δίχα τῆς ἀγάπης οὐδὲν ὠφει-  
λοῦσιν, εἰ μὴ ἄρα τοσοῦτον διανεμηθεῖ τινὶ τὸ  
Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλη-  
σίον ἐραστήν ποιῆσαι· ἐκ γὰρ τῆς ἀριστερᾶς οὐ με-  
τάγεται πρὸς τὴν δεξιάν. Ἄλλ' οὐδὲ τὸ Πνεῦμα κυ-  
ρίως λέγεται δῶρον, ὅτι μὴ διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ὁ  
μὴ ἔχων, ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῇ,  
καὶ τῶν ἀγγέλων, ἡκῶν ἐστὶ χαλκός· καὶ κύμβαλον  
ἀλαλάζον, καὶ ἐὰν ἔχη προφητείαν, καὶ εἰδῆ τὰ μυσ-  
τήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ ἐὰν σὴν  
πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ἕρη μετιστάνειν, οὐδὲν  
ἐστὶ· καὶ ἐὰν ψωμίση πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ,  
καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἵνα καυθῆ, οὐδὲν  
ὠφελείται. Πόσον τοίνυν ἀγαθὸν ἐστὶ, οὗ χωρὶς  
πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν οὐδένα τοσαῦτα ὀδηγοῦσιν  
ἀγαθὰ; Αὐτὴ δὲ ἡ ἀγάπη, εἰ καὶ μὴ γλώσσαις λα-  
λεῖ, μὴτ' ἔχει προφητείαν, μήτε πάντα οἶδε τὰ μυσ-  
τήρια, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, μήτε ψωμίσει πτω-  
χοῖς πάντα τὰ ἐαυτῆς, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τί ποτ' ἀν-  
ψωμίσειεν, ἢ τινὶ ἀνάγκη κωλυθεῖσα, μήτε πωρ-  
θῶσει τὸ σῶμα ἐαυτῆς ὡς καυθῆναι, εἰ τοιοῦτου  
πᾶθους μηδεὶς ἐστὶ πειρασμός, χειραγωγεῖ πρὸς  
τὴν βασιλείαν ὧ· καὶ αὐτὴν τὴν πίστιν μετὲν

<sup>9</sup> Joan. iv, 15. <sup>10</sup> ibid. 19. <sup>11</sup> Rom v, 5. <sup>12</sup> I Cor. xiii, 1 seqq. <sup>13</sup> I Cor. v, 6.

ab ea fide qua et daemones credunt, et contemiscunt. (12.) Dilectio igitur quæ ex Deo est, et Deus est, proprie Spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas. Quocirca rectissime Spiritus sanctus, cum sit Deus, vocatur etiam donum Dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligenda est, quæ producit ad Deum, et sine qua quodlibet aliud donum Dei non producit ad Deum?

## CAPUT XIX.

An et hoc probandum est, Dei donum dictum esse in sacris Litteris Spiritum sanctum? Si et hoc expectatur, habemus in Evangelio secundum Joannem Domini Jesu Christi verba dicentis: « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. » — « Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. » Porro evangelista secutus adjunxit: « Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum (14.) » Unde dicit etiam Paulus apostolus: « Et omnes unum Spiritum potavimus (15.) » Utrum autem donum Dei sit appellata aqua ista, quæ est Spiritus sanctus, hoc quaeritur. Sed sicut hic invenimus hanc aquam Spiritum sanctum esse, ita invenimus alibi in ipso Evangelio hanc aquam donum Dei appellatam.

ἔτερον ποιεῖ ὠφέλιμον εἶναι, ὅτι μὴ ἡ ἀγάπη. Χωρὶς γὰρ ἀγάπης ἡ πίστις δύναται μὲν εἶναι, οὐ μὴν δὲ καὶ ὠφελεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, « Ἐν Χριστῷ, » φησὶν, « Ἰησοῦ οὔτε περιτομὴ τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις; ἡ δὲ τῆς ἀγάπης ἐνεργουμένη, » οὕτως αὐτὴν διακρίνων ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ἣν « καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίττουσιν. » Ἡ ἀγάπη τοίνυν, ἥτις ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ, καὶ Θεὸς ἐστὶ κυρίως, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, δι' οὗ ἐκκεχῦται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη, δι' ἣς ἐν ἡμῖν ἡ Τριάς ὅλη ἐνοικεῖ. Ἀμέλει καὶ ὀρθότατα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεοῦ ἐν, καὶ δῶρον Θεοῦ καλεῖται. Ὁ δῶρον κυρίως τί ποτε ἔτερον νοητέον, ὅτι μὴ τὴν ἀγάπην, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν προσάγουσαν, καὶ ἧς χωρὶς πᾶν ὄντιον ἔτερον Θεοῦ χάρισμα οὐ προσάγει πρὸς τὸν Θεόν;

## ΚΕΦΑΛΑ. ΙΘ'.

*Τίνι λόγῳ δῶρον καὶ χάρισμα τοῦ Θεοῦ λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.*

Ἄρ' οὖν καὶ τοῦτ' ἀποδεικτέον, δῶρον Θεοῦ εἰρησθαι ἐν ταῖς ἀγίαις Γραφαῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τίς ἐκδέχεται; Ἐχομεν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ τὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ῥήματα λέγοντος, « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς με, καὶ πινέτω. » — « Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, » ὡς εἶπεν ἡ Γραφή, « ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βρέουσιν ὕδατος ζῶντος. » Εὐθύς δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπόμενος συνῆψε, « Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, ὃ ἐμελλόν λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς

Nam Dominus idem quando cum muliere Samaritana ad puteum loquebatur, cui dixerat: « Da mihi bibere, » cum illa respondisset, quod « Judaï non contantur Samaritanis, » respondit Jesus, et dixit ei: « Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. » Dixit ei mulier: « Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est; unde ergo habes aquam vivam? » et cætera. Respondit Jesus et dixit: « Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam dabo ei, non sitiet in æternum; sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam (16.) » Quia ergo hæc aqua viva, sicut evangelista exponit, Spiritus est sanctus, procul dubio Spiritus donum Dei est, de quo hic Dominus ait: « Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. » Nam quod ibi ait, « Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, » hoc isto loco; « Fiet in eo, inquit, fons aquæ salientis in vitam æternam. » Paulus quoque apostolus, « Unicusque, inquit, nostrum datur gratia secundum mensuram donationis Christi (17.) » Atque ut donationem Christi Spiritum sanctum ostenderet, secutus adjunxit: « Propter quod dicit: Ascendit in altum; captivavit captivitatem,

αὐτόν. » Ὅθεν φησὶ καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, « Καὶ πάντες ἐν Πνεύμα ἐπίομεν. » Πότερον δὲ δῶρον Θεοῦ ὠνομάσθη τὸδε τὸ ὕδωρ, ὅπερ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, τοῦτο ζητεῖται. Ἄλλ' ὡσπερ ἐνταῦθα εὐρίσκομεν τὸδε τὸ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, οὕτως εὐρίσκομεν καὶ ἀλλαχοῦ ἐν αὐτῷ τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦτο τὸ ὕδωρ τοῦ Θεοῦ δῶρον προσπαρορεῖσθαι. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Κύριος τῇ Σαμαρείτιδι γυναικὶ παρὰ τῷ φρέατι ὀμιλῶν, ἤπερ εἶρηκεν, « Δός μοι πιεῖν, » ἐκεῖνης ἀποκριθείσης, ὅτι « Ἰουδαῖοι οὐ συγχρῶνται, τίς Σαμαρείταις, » ἀπεκριθὴ καὶ εἶπεν, « Εἰ ἤδεις τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστὶν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ἤτησας αὐτόν, καὶ ἔδωκός σοι ὕδωρ ζῶν. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή, « Κύριε, οὐτε ἀντήλιμα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; » καὶ τὰ ἐξῆς. Ἀπεκριθὴ ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, « Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τοῦτου διψήσει πάλιν, ὁ δὲ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ ζῶν, καθάπερ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξηγήσατο, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν, ἀναμφιβέβως δῶρον τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, περὶ ὃ ἐνταῦθ' ἀφητὶν ὁ Κύριος, « Εἰ ἤδεις τὴν δωρεάν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστὶν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ἤτησας αὐτόν, καὶ ἔδωκός σοι ὕδωρ ζῶν. » Ὁ γὰρ ἐκεῖ εἶρηκε, « Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ βρέουσιν ὕδατος ζῶντος, » τοῦτο ἐνταῦθ' ἀφησὶ, « Γενήσεται αὐτῷ

<sup>12</sup> Jac. II, 19. <sup>14</sup> Joan. VII, 57-59. <sup>15</sup> I Cor. XII, 13. <sup>16</sup> Joan. IV, 10-14. <sup>17</sup> Ephes. IV, 7.

dedit dona hominibus <sup>18</sup>. » Notissimum est autem, **A** est Spiritus sanctus, in commune omnibus membris Christi multa dona quæ sunt quibusque propria dividuntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, et alii alia, quamvis ipsum donum, a quo cuique propria dividuntur, omnes habeant, id est Spiritum sanctum. Nam et alibi cum multa dona commemorasset : « Omnia, inquit, hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique, prout vult <sup>19</sup>. » Quod verbum et in Epistola, quæ ad Hebræos est, invenitur, ubi scriptum est : « Attestante Deo signis et ostentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus <sup>20</sup>. » Et hic cum dixisset : *Ascendit in altum, captivavit captivitatem, dedit dona hominibus* : « Quod autem ascendit ait, quid est nisi quia et descendit in inferiores partes terræ ? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero evangelistas, quosdam autem pastores et doctores. » Ecce quare dicta sunt dona, quia sicut alibi dicit : « Nunquid omnes apostoli ? Nunquid omnes prophetæ <sup>21</sup> ? » et cætera : hic autem adjunxit : « Ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi <sup>22</sup>. » Hæc est domus, quæ, sicut Psalmus canit, ædificatur post captivitatem ; quoniam qui sunt a

πηγή ύδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, « Ἐκάστῳ, » φησὶν, « ἡμῶν δίδονται χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ ἵνα τὴν δωρεάν τοῦ Χριστοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἀποδείξῃ, ἐπόμενος συνῆψε, « Δὶ καὶ φησὶν, Ἄναβας εἰς ὕψος ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » Γνωριμώτατον δὲ ἐστὶ, τὴν Κύριον Ἰησοῦν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν εἰς οὐρανὸν ἀνελθόντα, δοῦναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ πληθόντες οἱ πιστεύσαντες, ταῖς τῶν ἐθνῶν γλώσσαις πάντων ἐλάλουν· μὴ δὲ θροεῖτω ἡμᾶς, ὅτι φησὶ, δόματα, οὐχὶ δόμα. Ταύτην γὰρ τὴν μαρτυρίαν ἐκ τοῦ ψαλμοῦ τῆθεικε, τοῦτο δ' ἐν τῷ ψαλμῷ οὕτως ἀναγινώσκειται, « Ἀνέβη· εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔλαβε δόματα ἐν ἀνθρώποις. » Οὕτω γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν βιβλίων ἔχουσι, καὶ μάλιστα τῶν Γραικῶν καὶ τῶν Ἑβραίων οὕτως ἐρμηνευθὲν ἔχομεν. Δόματα τοίνυν φησὶν ὁ Ἀπόστολος ὃν τρόπον ὁ προφήτης, οὐ δόμα, ἀλλὰ τοῦ προφήτου φαμένου, « Ἐλαβε ἐν ἀνθρώποις, » ὁ Ἀπόστολος μάλλον εἶλετο εἰπεῖν, « Ἐδωκε τοῖς ἀνθρώποις. » ὡς ἐξ ἐκατέρου δηλαδὴ λόγου, ἐλθὼν μὲν τοῦ προφητικοῦ, ἐτέρου δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ (καὶ γὰρ ἐν ἐκατέρῳ αὐθεντία τοῦ θεοῦ λόγου) πληρεστάτη ἀποδοθῆ ἢ ἔννοια· ἐκάτερον γὰρ ἀληθὲς· καὶ ὅτι ἐδῶκε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὅτι ἔλαβεν ἐν ἀνθρώποις. Ἐδωκε μὲν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἂν κεφαλὴ τοῖς οἰκείοις μέλεσιν, ἔλαβε δὲ ἐν ἀνθρώποις ὁ αὐτὸς, δηλονότι ἐν τοῖς οἰκείοις

μέλεσι, δι' ἅπερ οἰκεῖα μέλη ἐξ οὐρανοῦ ἐδέθητε, « Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις ; » Καὶ περὶ τῶν οἰκείων μελῶν φησὶν, « Ἐφ' ὅσον ἐνὶ τῶν ἐλαχίστων μου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Αὐτὸς ἄρα ὁ Χριστὸς καὶ ἔδωκεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔλαβεν ἐν τῇ γῆ. Διὰ ταῦτα δὲ δόματα καὶ ἄμφω εἶπον, ὁ τε προφήτης καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι διὰ τοῦ δώρου, τούτέστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς κοινὸν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς τοῦ Χριστοῦ μέλεσι πολλὰ δῶρα, ἅπερ εἰσὶν ἐκάστῳ ἴδια, διαιροῦνται· οὐδὲ γὰρ ἕκαστοι πάντα ἔχουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν τάδε, οἱ δὲ τάδε, καίπερ αὐτὸ τὸ δῶρον, ἀφ' οὗ ἐκάστῳ ἴδια διαιροῦνται, πάντες ἔχουσι, τούτέστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ πολλῶν δώρων ἐφ' οὗν χαρισμάτων μνημονεύσας, « Πάντα δὲ ταῦτα, » φησὶν, « ἐνεργεῖ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἐκάστῳ καθὼς βούλεται. » Ὁ ῥῆμα κἀν τῇ πρὸς Ἑβραίων· Ἐπιστολῇ εὑρίσκειται, ἐνθα γέγραπται, « Συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις καὶ τέρασιν, καὶ ποικίλαις δυνάμεσιν, καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς. » κἀνταῦθα δὲ εἰπὼν, « Ἄναβας εἰς ὕψος ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » — Τὸ δὲ ἀνέβη, φησὶ, τί ἐστίν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς ; Ὁ δὲ καταβά· αὐτὸς ἐστὶ καὶ ὁ ἀναβάς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Καὶ αὐτὸς ἐδῶκεν οὐς μὲν ἀποστόλους, οὐς δὲ προφήτας, οὐς δ' εὐαγγελιστάς, οὐς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους. » Ἰδοὺ τίνας ἔνεκεν εἴρηται δόματα. Καὶ γὰρ

<sup>18</sup> 1 Cor. iv, 8. <sup>19</sup> Psal. lxxvi, 19. <sup>20</sup> Act. ix, 4. <sup>21</sup> 1 Cor. xii, 28, 29. <sup>22</sup> Ephes. iv, 12.

<sup>21</sup> Matth. xxv, 40. <sup>22</sup> 1 Cor. xii, 11. <sup>23</sup> Hebr. ii, 4.

diabolo eruti, a quo captivi tenebantur; de his ædificatur domus Christi, quæ domus appellatur Ecclesia. Hanc autem captivitatem ipse captivavit, qui diabolum vicit. Et ne illa, quæ futura erant sancti capitis membra, in æternum supplicium secum traheret, eum justitiæ prius, deinde potentiæ vinculis alligavit. Ipse itaque diabolus est appellata captivitas, quem captivavit, qui ascendit in altum, et dedit dona hominibus, vel accepit in hominibus. Petrus autem apostolus, sicut in eo libro canonico legitur, ubi scripti sunt actus apostolorum, loquens de Christo, commotis corde Judæis et dicentibus: « Quid ergo faciemus, fratres, monstrate nobis, » dixit ad eos: « Agite pœnitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti<sup>26</sup>. » Itemque in eodem libro legitur, Simonem Magum apostolis dare voluisse pecuniam, ut ab eis acciperet potestatem, qua per impositionem manus ejus daretur Spiritus sanctus. Cui Petrus idem: « Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei æstimasti te per pecunias possidere<sup>27</sup>. » Et alio ejusdem libri loco, cum Petrus Cornelio, et eis, qui cum eo fuerant, loqueretur, annuntians, et prædicans Christum, ait Scriptura: « Adhuc lo-

quente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, et obstupuerunt, qui ex circumcissione fideles simul cum Petro venerant, quia et in nationes donum Spiritus sancti effusum est: audiebant enim illos loquentes linguis, et magnificantes Deum<sup>28</sup>. » De quo facto suo quod incircumcisos baptizaverat, quia priusquam baptizarentur, ut nodum quæstionis hujus auferret, in eos venerat Spiritus sanctus, cum Petrus postea redderet rationem fratribus, qui erant Hierosolymis, et hac re audita movebantur, ait post cætera: « Cum cœpissem autem loqui ad illos, cecidit Spiritus sanctus in illos, sicut et in nos in initio. Memoratusque sum verbi Domini, sicut dicebat: Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si igitur æquale donum dedit illis, sicut et nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum non dare illis Spiritum sanctum<sup>29</sup>. » Et multa alia sunt testimonia Scripturarum, quæ concorditer attestantur, donum Dei esse Spiritum sanctum, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deum; sed nimis longum est cuncta colligere. Et quid eis satis est, quibus hæc quæ diximus, satis non sunt? Sane admonendi sunt, quandoquidem donum Dei jam

ὡς ἀλλαγῶ φησι, « Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφήται; » καὶ τὰ ἐξῆς. Ἐνταῦθα δὲ συνῆψεν, « εἰς τελείωσιν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. » Οὗτός ἐστιν ὁ οἶκος, ὁ, καθάπερ ὁ ψαλμὸς ᾄδει, οἰκοδομούμενος μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἐκ τοῦ διαβόλου ῥυσθέντων, παρ' οὗ κατεῖχοντο αἰχμάλωτοι, οἰκοδομεῖται ὁ τοῦ Χριστοῦ οἶκος, ὃς οἶκος Ἐκκλησία προσαγορεύεται. Ταύτην δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτὸς ἠχμαλῶτευσεν, ἐπειδὴ τὸν διάβολον ἐνίκησεν, καὶ ἵνα μὴ τὰ μέλλοντα μέλη τῆς ἁγίας κεφαλῆς ἔσσεσθαι, εἰς τὴν αἰώνιον κόλασιν μεθ' αὐτοῦ ἐπιπάσσηται, πρότερον μὲν ταῖς τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν, ἔπειτα δὲ ταῖς τῆς δυνάμεως πέδαις συνέδησεν. Αὐτὸς τοίνυν ὁ διάβολος αἰχμαλωσία προσηγορεύθη, ὃν ἠχμαλῶτευσεν ὁ ἀναβάς εἰς τὸ ὕψος καὶ δοῦς δόματα τοῖς ἀνθρώποις, ἢ λαθῶν ἐν ἀνθρώποις. Πέτρος δὲ ὁ ἀπόστολος, ὡσπερ ἐν τῇ κεικονισμένῃ βίβλῳ ἀναγινώσκομεν, ἔνωσεν αἱ τῶν ἀποστόλων Πράξεις γεγραμμένοι εἰσι, διαλεγόμενοι: περὶ τοῦ Χριστοῦ, κατανυγόντων τῇ καρδίᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ λεγόντων, « Τί οὖν ποιήσομεν, ἀδελφοί, δεῖξτε ἡμῖν; » εἶπε πρὸς αὐτούς, « Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψετε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Καὶ αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ ἀναγινώσκομεν, « Σίμων τὸν Μάγον τοῖς ἀποστόλοις δοῦναι θελήσαντα χρήματα, ἵνα παρ' αὐτῶν λάβῃ ἐξουσίαν, καὶ ὁ ἦν ἂν δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτοῦ δίδωτο τὸ Πνεῦμα

τὸ ἅγιον. » Ὁπερ ὁ αὐτὸς Πέτρος, « τὸ ἀργύριόν σου, φησι, σὺν σοὶ εἶη εἰς ἀπόλειαν· ὅτι: τὸ δῶρον τοῦ Θεοῦ ὑπέλαβες χρημάτων κτᾶσθαι. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τῆς αὐτῆς βίβλου χωρίῳ, ἠνείκα Πέτρος, τῷ Κορνηλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὐσι διελέγετο ἀπαγγέλλων καὶ κηρύττων τὸν Χριστὸν, φησὶν ἡ Γραφή, « Ἐτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, καὶ ἐξεπλάγησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί, οἱ σὺν τῷ Πέτρῳ ἔλθοντες; ὅτι καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται. Ἦκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν; » περὶ ἧς αὐτοῦ πράξεως, ὅτι τοὺς ἀπεριτμήτους ἐβάπτισεν, πρὶν γὰρ ἢ βαπτισθῆναι, ὡς τὴν ἀπορίαν τοῦδε τοῦ ζητήματος ἀφέληται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦλθεν ἐπ' αὐτούς, λόγον μετὰ ταῦτα ὁ Πέτρος ἀποδίδους τοῖς οὖσιν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀδελφοῖς, καὶ τοῦδε τοῦ πράγματος ἀκουσθέντος ταραττομένοις εἶπε μεθ' ἑτερα, « Ἀρξίμηνου δέ μου λαλεῖν πρὸς αὐτούς, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ὡσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐμνήσθη τὸν λόγον Κυρίου, ὡς ἔλεγεν, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ἐν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Εἰ τοίνυν ἴσθη δωρεὰν δέδωκεν αὐτοῖς, ὡσπερ καὶ ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τίς ἦν ἐγὼ ὁ δυνάμενος κωλύσαι τὸν Θεὸν μὴ δοῦναι αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; » Καὶ πολλὰ εἰσιν ἑτερα τῶν Γραφῶν μαρτυρία, αἱ συμφώνως μαρτυροῦσι δῶρον Θεοῦ εἶναι: τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρ' ὅσον δίδεται τοῖς δι' αὐτοῦ τὸν Θεόν

<sup>26</sup> Act. II, 37, 38. <sup>27</sup> Act. VIII, 20. <sup>28</sup> Act. X, 44-46. <sup>29</sup> Act. XI, 15-17.

vident Spiritum sanctum, ut cum audiunt donum Spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quo dictum est, in explicatione corporis carnis. Sicut enim corpus carnis nihil est aliud quam caro, sic donum Spiritus sancti nihil est aliud quam Spiritus sanctus. In tantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis, quibus datur. Apud se autem Deus est, et si nemini datur, quia Deus erat Patri et Filio coæternus, antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut donum Dei, ut etiam seipsum det, sicut Deus. Non enim dici potest, non esse suæ potestatis, de quo dictum est: « Spiritus ubi vult spirat<sup>20</sup>. » Et illud apostolicum, quod jam supra commemoravi: « Omnia hæc operatur unus, atque idem Spiritus, dividens propria unicuique, prout vult<sup>21</sup>. » Non est illic conditio dati, et dominatio dantium, sed concordia dati et dantium. Quapropter si sancta Scriptura proclamatur, « Deus charitas est; » illa quæ ex Deo est, et in nobis id agit, ut in Deo maneamus, et ipse in nobis, et hoc inde cognoscimus, quia de Spiritu suo dedit nobis; ipse Spiritus ejus, est Deus charitas: deinde si in donis Dei nihil majus est charitate, et nullum est majus donum Dei, quam Spiritus sanctus, quid consequentius quam

ut ipse sit charitas, qui dicitur et Deus et ex Deo? Et si charitas, qua Pater diligit Filium, et Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille dicatur charitas proprie qui Spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur vel intelligitur, ut non solus Spiritus sanctus charitas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie dicitur Spiritus sanctus. Quia enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie, quod ambobus communiter. Alioquin si in illa Trinitate solus Spiritus sanctus est charitas, profecto et Filius non solum Patris, verum etiam Spiritus sancti Filius invenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur et legitur Filius unigenitus Dei Patris: ut tamen et illud verum est, quod Apostolus ait de Deo Patre: « Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suæ<sup>22</sup>, » non dixit, Filii sui; quod si diceret, verissime diceret, quemadmodum, quia sæpe dixit, verissime dixit, sed ait, « Filii charitatis suæ. » Filius

